DE GRUYTER

Dictys Cretensis

EPHEMERIDOS BELLI TROIANI LIBRI

Werner Eisenhut (Ed.)

BIBLIOTHECA SCRIPTORUM GRAECORUM ET ROMANORUM TEUBNERIANA

DE G

B I B L I O T H E C A

SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM

T E V B N E R I A N A

DICTYS CRETENSIS

EPHEMERIDOS BELLI TROIANI LIBRI A LVCIO SEPTIMIO EX GRAECO IN LATINVM SERMONEM TRANSLATI

ACCEDVNT PAPYRI DICTYS GRAECI IN AEGYPTO INVENTAE

EDIDIT

WERNER EISENHUT

EDITIO STEREOTYPA EDITIONIS SECVNDAE (MCMLXXIII)



STVTGARDIAE ET LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI MCMXCIV

Die Deutsche Bibliothek — CIP-Einheitsaufnahme

Dictys ⟨Cretensis⟩:
Ephemeridos belli Troiani libri / Dictys Cretensis. A Lucio Septimio
ex Graeco in Lat. sermonem transl. Acc. papyri Dictys Graeci
in Aegypto inventae. Ed. Werner Eisenhut. —
Ed. stereotypa ed. 2 (1973). —
Stutgardiae ; Lipsiae : Teubner, 1994
(Bibliotheca scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana)
Einheitssacht.: Ephemeris ⟨lat.⟩
ISBN 3-8154-1301-X
NE: Eisenhut, Werner [Hrsg.]

Printed in Germany
Druck: Druckhaus Köthen GmbH
Buchbinderei: Verlagsbuchbinderei D. Mikolai, Berlin

PRAEFATIO

DE AVCTORE ET DE OPERE

Sub Septimii cuiusdam nomine sex libri de Troiano bello traditi sunt, quos se ex Graeco in Latinum sermonem convertisse auctor in 'Epistula' affirmat. auctorem autem illius operis Graeci Dictym Cretensem veram historiam Troiani belli narravisse, cum Dictys socius Idomenei in ea militia meruisset, et in 'Epistula' et in 'Prologo' asseveratur[1]).

Illi libri a Septimio 'Ephemeris belli Troiani' appellantur, quo nomine etiam in Suda s. v. *Δίκτυς* (vol. II p. 99 nr. 1117 Adler) refertur, opus igitur lingua Graeca *Ἐφημερὶς τοῦ Τρωικοῦ πολέμου* inscriptum fuisse videtur. alia nomina nihil nisi communia sunt, vel *συγγραφή* (Tzetzes, Exeg. in Il. p. 21, 6 Herm.) vel *σύνταγμα* (Suda l. c. 1118 = Zonaras, Lex. I 507 Tittm.) vel *ἔκθεσις* (Malalas 322 = p. 250 Dind.) vel etiam *ἱστορία* (velut Eudocia p. 128 Flach).

Auctor cum opus 'Ephemerida' nominet, se praebet et ambitiosum et modestum: ambitiosum, quod illud expositionibus rerum gestarum et Alexandri Magni et regum post Alexandri tempora Graecorum et Iulii Caesaris et imperatorum Romanorum adiungit, modestum, quod historiam artificiose et ornate scriptam proferri negat et lectores rebus nudis narratis docere vult: qua re haec modestia profecto ambitiosa modestia est.
modestia est.

Ἐφημερίς[2]) ex Sudae sententia (II p. 486, nr. 3903 Adler) *τῶν ἐφ' ἑκάστης ἡμέρας συμπιπτόντων ἀπογραφή* est, qua ex significatione etymologica scilicet verbum

1) Quibus rebus prologus Dictys Graeci et epistula Dictys Latini inter se differant v. Eisenhut, Mittellat. Jahrbuch 18, 1983, 18sqq. St. Merkle, Stud. z. Klass. Philol. 44, 1989, 83sqq. (cf. Eisenhut, Gnomon 63, 1991, 555sqq.).

2) cf. Kaerst, RE V 2749sqq.; Wilcken, Hermes 53, 1894, 80sqq.; Mitteis-Wilcken I 1, 34; I 2, 59sqq.; Premerstein, RE IV 726sqq.

natum est. *βασίλειοι ἐφημερίδες* vel *βασιλικαὶ ἐφημερίδες* acta commentariive in castris Alexandri Magni conscripta appellabantur, in quibus res a rege gestae civiles ac militares relatae erant: erant igitur chronica perpetua imperii. quo exemplo usi reges quoque, qui post Alexandrum regnabant, ephemerides habebant; an etiam a magistratibus ephemerides confectae sint incertum est. quae *ἐφημερίδες* postea haud raro *ὑπομνηματισμοί* vel *ὑπομνήματα* videntur nominatae esse. sed *ἐφημερίσιν* acta, *ὑπομνήμασιν* autem agenda (inter quae et exarata et adumbrata et cetera) descripta esse dicas, quamquam posterioribus temporibus in vicem appellantur[1]). Romani ut antiquissimis temporibus fere omnia et ad privatum et ad publicum usum conscripta 'commentarios' vocabant, ita iam saeculo primo ante Chr. n. imprimis illa rerum gestarum monumenta, quae lingua Graeca *ἐφημερίδας*, 'commentarios' nominabant, cum in eis gesta ac facta narrentur, quae auctor ipse expertus sit. quod genus litterarum ut a privatis ita a publicis scriptis originem accepisse apparet.

Septimius quamquam interdum sermonem suum exornat atque illuminat – quae ornamenta plerumque ab aliis scriptoribus hausit –, tamen sicci et recti scribendi generis studiosus erat; multo autem inornatius archetypum Graecum, ex quo pauca in papyris restant, fuisse manifestum est. id enim auctor nititur, ut legentibus persuasum sit se nihil legere nisi veram historiam belli Troiani a viro Graeco, qui ipse bello interfuerit, traditam.

Disserebant diu viri docti inter se, utrum archetypum Graecum fuisset an Septimius ipse omnia finxisset, qua

1) Caesaris commentarii et *ἐφημερίδες* et *ὑπομνήματα* appellantur (Schanz-Hosius I p. 337).

2) Franz Bömer, Hermes 81, 1953, 210sqq., de problematis Romanorum commentariorum disserens gravibus causis negavit id esse commentariorum arte, quin etiam forma, carere. (etiam Septimius non sine arte Dictym Graecum Latine reddere studuit.) Bömer naturam *ἐφημερίδων* et quomodo cum commentariis cohaereant, non examinavit.

disceptatione docti nimis impediebantur, ne alias quaestiones solverent. insuper inter eos, qui credebant archetypum Graecum fuisse, controversia erat, utrum illud archetypum copiosius fuisset necne. nemo sperare ausus erat illam quaestionem tam dilucide solutum iri quam re vera factum est. papyrus enim, in qua pars libri quarti scripta est, inventa est, quam Grenfell-Hunt-Goodspeed Londinii anno 1907 in secundo volumine editionis papyrorum ad Tebtunim repertarum ediderunt. praeterea altera papyrus nuper detecta Londinii anno 1966 edita est in parte XXXI illius seriei quae inscribitur 'The Oxyrhynchos Papyri'.

Ex quibus efficitur cogiturque:

1. 'Dictys Graecus', i. e. libri a viro, qui nomen Dictys usurpavit, scripti olim re vera fuerunt. tum concedendum est Septimium antea a viris doctis saepe fraudulentum et mendacem appellatum, quod saltem ad ipsum attineret, verum dixisse. etiam quod affirmat in 'Epistula': 'itaque primorum quinque voluminum, quae bello contracta gestaque sunt, eundem numerum servavimus; residua quidem de reditu Graecorum in unum redegimus', ad verbum verum esse credere licet; Septimium igitur de prioribus quinque libris nihil dempsisse pro certo scimus. (residua de reditu Graecorum in unum librum se redegisse Septimius ipse dicit.)

2. Ille 'Dictys Graecus' non erat copiosior quam 'Dictys Latinus', i. e. libri a Septimio conversi (scilicet praeter libros VI–IX = librum VI Dictys Latini), nam papyris cum textu Latino comparatis Septimium Dictym Graecum accuratissime, quamvis non verbatim, reddidisse apparet. viri docti quidam, quod scriptores posteriorum temporum nonnulla narrare videntur, quae a Septimio tradita non sint, opinati erant Dictym Graecum copiosiorem fuisse quam Latinum[1]), cui opinioni alii iam ante papyros inventas repugnaverant. sed etiam post papyrum

1) Hac cum re quondam saepe illa quaestio copulabatur, fuissetne olim Dares copiosior; sed etiam illum numquam copiosiorem fuisse nunc exploratum habemus: cf. Greif in illa commentatione, quam confestim laudabo.

priorem editam Paul Viereck (Bln. Philol. Wochschr. 28, 1908, 773sqq.) et Schubart (G.G.A. 1908, 188sqq.) volebant eam narrationem nihil aliud esse nisi unam ex compluribus editionibus Dictys Graeci. at id excogitatum, quod a viris doctis iam tum impugnatum erat (cf. Patzig, Byz. Zeitschr. 17, 1908, 387; cf. etiam Ihm, Hermes 44, 1909, 2, adn. 1), posteriore papyro in lucem emissa radicitus refutatum ac dilutum est[1]). nam quis credat ex compluribus editionibus et Septimium et eum qui unam, et eum qui alteram papyrum scripsit (ne eodem quidem saeculo erant), miro quodam casu eadem editione usos esse?

3. Quae cum ita sint, ultro illi refelluntur, qui ostendere conati sunt, olim etiam copiosiorem Dictym Latinum fuisse; nam nisi copiosior Dictys Graecus fuit, copiosiorem Dictym Latinum poni non posse apparet. qua de re accuratissime disseruit Wilhelm Greif, Die mittelalterlichen Bearbeitungen der Trojanersage, Marburg 1886 (Ausg. u. Abh. aus dem Gebiet der roman. Philol. LXI), qui affirmat, ex studiis suis effici id quod dicit (l. l. p. 11): „in den frühesten Perioden des Mittelalters könne weder die Existenz eines ausführlicheren Dictys noch eines ausführlicheren Dares nachgewiesen werden".

Quis fuerit, qui Dictym Graecum composuerit, plane incertum est, ne nomen quidem nobis notum est. is autem, qui eum in Latinum sermonem convertit, se ipse 'Septimium' nominat. at praeter nomen de eo nihil scimus. 'Epistula' Q. Aradio Rufino cuidam inscripta est, sed quamquam nonnullos viros, quibus hoc nomen fuit, novimus, tamen ignoramus, num cuiquam ex his 'Epistula' dedicata sit.

Dictym Graecum septimo decennio saeculi primi post Christum natum compositum esse certum habeo (v. Rhein. Mus. 112, 1969, 119), Septimium autem saeculo quarto libros translatos edidisse vix a vero abhorreat.

Alia inopinata res permagni momenti anno 1902 accidit, quo Aesii (quod oppidum prope Anconam situm Italice

1) cf. W. Eisenhut, Rhein. Mus. 112, 1969, 114sqq.

nunc Jesi appellatur) Cesare Annibaldi in bibliotheca comitis Balleani codicem repperit, qui Dictym Latinum atque Cornelii Taciti Agricolam et Germaniam continet. quinque denique annis post, anno 1907, collationem illius manuscripti edidit. quam editionem nitidam splendidamque visu inscripserat 'L'Agricola e la Germania di Cornelio Tacito nel ms. latino n. 8 della bibliotheca del Conte G. Balleani in Jesi', de qua inscriptione Löfstedt[1]) recte sed mitius iudicat: „Ein ziemlich unvollständiger Titel.“ inter ea folia codicis, in quibus illa duo opera Taciti scripta sunt, octo folia maxime egregia inveniuntur, quae sunt ex illo codice deperdito Hersfeldensi, quo nullus codex Taciti maioris momenti est. de parte codicis scripta Taciti continente Rudolf Till in eo libro, quem inscripsit „Handschriftliche Untersuchungen zu Tacitus Agricola und Germania“, Berolinae 1943, disseruit, qui una cum Paul Lehmann primus illud manuscriptum inspicere et imagines lucis ope confectas ('photocopias' his temporibus dicunt) facere potuit[2]). sed folia 1–51, in quibus opus Dictys scriptum est, ad hunc diem nemo denuo contulit; quorum foliorum photocopias Rudolf Till, qua est liberalitate, mihi tradidit.

Annibaldi sibi persuasit codicem suum eximium esse, quamobrem p. 63 affirmat: 'Il nostro codice pertanto esibisce il testo migliore dell' autore Ditti Cretese.' itaque R. Wünsch, ille vir doctissimus, scripsit (Bln. Philol. Wochschr. 27, 1907, 1026): „Der künftige Herausgeber des Dictys – die Teubnerausgabe ist vergriffen ... – wird daher dem Aesinus eine hervorragende Stelle im kritischen Apparat zuweisen müssen.“ postea viri doctissimi Einar Löfstedt (Eranos 7, 1907, 44*s*qq.), Vincenzo Ussani (Rivista di Filol. class. 36, 1908, 1sqq.), Richard Friebe (De Dictyis codice Aesino, Diss. Regiomont. 1909) collationibus, quas Annibaldi ediderat, cum editione Teubneriana Meisteri diligentissime collatis codi-

1) Eranos 7, 1907, 44.
2) Quae imagines Tacitum continent, in appendice illius libri editae sunt. – Codicem Annibaldi ab oppido Aesio vel Aesi Aesinum denominavit, sed rectius Aesinas nominatur.

cem tanti non aestimaverunt. sed omnes facere non potuerunt, quin nimis confiderent diligentiae illius inventoris codicis. Annibaldi igitur valde laudatur, quod 'in hunc codicem ... summa diligentia atque industria' inquisiverit[1]), quamquam difficile est intellectu, quomodo examine non facto laudare potuerint. Ihm saltem tabulas, quas Annibaldi editioni suae addiderat, quibus imagines trium paginarum codicis expressae sunt, accuratius contulit, qua re commotus scribit (Wochschr. f. klass. Philol. 23, 1907, 1146): „Eine Nachvergleichung der Tafeln I –III ergab, daß Annibaldis Kollation nicht immer genau ist.“ cuius rei exempla in adnot. 1 adiungit. conferre igitur nihil potuit nisi illas tres paginas, ceteras 99 nemo umquam vidit.

Gravius fere est, quod Annibaldi sola folia nono saeculo scripta contulit, folia autem quinto decimo scripta neglexit. quae ratio in malis esse solet, imprimis – ut infra ostendam – hac in re. et alia et haec accidunt, ut ea, quae in margine folii 38v leguntur (IV 17 *caduntque* – 18 *decurrere*), quamquam re vera multo postea suppleta sunt, non aliter tractentur atque ea, quae nono saeculo scripta sunt, nam Annibaldi illa in margine scripta contulit non monens ea posterioris aetatis esse. quam rem viri docti nesciebant, quod ipsi codicem inspicere non potuerunt[2]), qua de causa in omnibus libris, in quibus de Dicty agitur, legis ex foliis uno et quinquaginta haec septem folia 1, 2, 3, 4, 9, 10, 51 manu quadam quinti decimi saeculi addita esse neque potes non credere illa folia eiusdem esse generis; at re vera in fol. 1 alia scriptura cognoscitur. eo folio et folio 3 epistula et initium libri primi (non prologus) bis traditur[3]).

Iam annis 1907 et 1908 Ihm docuit, quid codice prolato faciendum sit: „Die Handschrift bietet eine neue und wichtige Quelle für die Textrezension des Dictys; an vielen Stellen finden wir neue Lesarten und Verbesserungen des besprochenen Textes ... Eine methodische

1) Sic Friebe l. l. p. 7.
2) Singula v. infra p. XXX sqq.
3) v. infra p. XXVII

Untersuchung der Dictys-Überlieferung fehlt noch[1]), ... für den Dictys ist die Aufgabe nicht ganz leicht und sollte nur von einem paläographisch geschulten Philologen unternommen werden, dessen erste Aufgabe wäre, den Aesinus neu und einwandsfrei zu vergleichen" (Woch.-schr. f. klass. Philol. 23, 1907, 1146). idem commentationem, quam Löfstedt in Erano 7, 1907, 44sqq. ediderat, indicans scripsit: „,... Die von ihm (Löfstedt) geprüften Lesarten rechtfertigen diese (a Löfstedt expressa) Skepsis ... Die singuläre Bedeutung (ut Annibaldi putaverat) kommt ihr nicht zu, aber sie bleibt schon ihres Alters wegen ein wichtiger Faktor für die Rezensio. Auch Löfstedt gelangt zu keinem definitiven Werturteil, und könnte es auch nicht, da sein Verfahren zu eklektisch ist." (Wochschr. f. klass. Philol. 24, 1908, 15sqq.) sententiae, quam Löfstedt[2]) se habere dixerat, Ihm his verbis adsentitur: „Erst wer den vollständigen kritischen Apparat zur Verfügung hat, wird das Verhältnis der neuen Textquelle zu den früher bekannten genau und endgültig feststellen können. Daß auch eine neue Kollation der anderen Handschriften vonnöten ist, darin stimme ich dem Verfasser (i. e. Löfstedt) völlig bei ..." et alia et quae illi viri doctissimi postulaverunt, quamquam scire nondum potuerunt codicem Aesinatem vetustissimum optimumque totius familiae esse, hac editione explere studui.

DE CODICIBVS

Codices Dictys Latini in duas familias discedunt, quarum alteram, cum sit Sangallensis 197 (G) optimus vetustissimusque codex, γ, alteram, cuius gravissimus est Aesinas (E), ε nominavi.

Primum nonnulla exempla, quae facillime augere possum[3]), afferam, ut perspicuum fiat in duas familias codices discedere, deinde de singulis codicibus agam.

1) Similiter Schanz-Hosius IV 1, München 1914: „Eine methodische Darlegung der handschriftlichen Überlieferung fehlt noch."

2) l. l. p. 46.

3) cf. S. Timpanaro, Lanx satura N. Terzaghi oblata, Genuae 1963, 326, 5.

Maxime in conspectum cadit in manuscriptis familiae γ epistulam deesse, prologum autem adesse, at in manuscriptis familiae ε epistulam adesse, prologum autem deesse.

7, 8 praesenti *om.* γ *habet* ε
12, 19 et Sthenelus, Amphiarai Amphilochus *om.* γ *habet* ε
20, 24; 21, 2; 23, 9; 48, 1; 92, 12; 92, 18 Moesia Moesi *etc.* γP Mysia Mysi ε
24, 26 dein precabantur γ deprecabantur ε
26, 12 praecipitatam viri G^1 *corr.* G^2 praecipitaturi B mancipatum iri FtT *et fortasse* E^1 precipitatū iri publice testarentur (pre *et* iri publice testarentur *in ras.* m^2) E praecipitatum iri (mancipatum *in marg.* m^1) P
35, 4 ducunt γ conducunt ε
35, 21 a me γ bene ε
39, 14 nihil exploratum *om.* γ *habet* ε
40, 17 at nisi *om.* γ *habet* ε
45, 11 rem γ regem ε
55, 14 adire γ adfore *vel* affore *vel* afore ε
61, 1 hostium γ hospitium ε
61, 1 simul quia omnibus *om.* γ *ante quae verba* quis rebus EFP *sed exp. in* E
65, 7 molius γ multum E^1 *exp. et superscr.* Melium E^2 nullium F Molium P
67, 13 mes γ cameges E Ameges F Ameces P
67, 25 summo *om.* γ *habet* ε
72, 14 et γ nece ε
75, 12 videretur γ videtur ε
78, 11 dedisse γ demisse ε
79, 30 femineo γ femineae ε
85, 13 primis γ plurimis ε (*cf.* 86, 20; 90, 26; 94, 6)
94, 9 enisurum EF enixurum P enissurum V *om.* γ
95, 9 decertantes *usque ad* 96, 11 ad eos *om.* E^1FtTV (*i. e.* ε *sed habet* P)
101, 8 acceperit γ acciperet ε
101, 18 tum γ quietum ε
103, 17 ipsa *post* in *add.* ε
107, 11 quo γ cum ε
108, 15 monitis γP motis ε

112, 17 multo (multa S) γ nullo ε (multo *in marg.* P[rec])
119, 17 memoria edidi γ memoriae tradidi ε
120, 8 iri γ ire ε (*cf.* 48, 22; 125, 20)
121, 15 suas qu. leges γ suos qu. reges ε
123, 4 restitit γ destitit ε
128, 8 in γ ad ε
131, 2 mittit domum γ mittit dolum ε domum mittit dolum PE[2]

De codicum familia γ:

G: Codex Sangallensis 197[1]) bibliothecae monasterii saeculo IX vel X scriptus praestantissimus Septimii codex est. Dederich quidem in sua editione, Bonnae 1833, primus eo teste gravissimo usus est, sed tamen collationes eius minime diligentes fuisse videntur. etsi Meister in sua editione, Lipsiae 1872, nonnulla menda corrigere potuit, tamen necesse erat novas collationes totius codicis facere, quod permultas lectiones gravissimas Meister non attulit, quamquam Meister, qui codicem ipse non vidisset, p. XII editionis suae scripsit: 'lectiones eius discrepantes fideliter notavi.' discrepantia ad orthographiam solum attinentia et alias res levissimas notat, multa gravissima non affert[2]). exempli gratia sequantur, quae in uno capite inveniuntur: I 11 *palemedes* et *miliciae* referuntur, desunt *accederat* (pro *acciderat*), *festinaret* (pro *festinarent*); praeterea omnes codices *vis magna* habent non *magna vis*, quod Meister in textu scripsit, lectione codicum in apparatu critico non notata. nulla pagina, in qua similia non sunt. qua de causa codicem imaginibus lucis ope depictis quam diligentissime contuli.

Codex clara et pulchra scriptura, quae minuscula carolina dicitur, saeculi IX/X scriptus est. in octoginta septem paginis, quae singulas columnas tenent, textus Septimii exstat.

1) Non 205, ut Meister p. XII scripsit. codex iam dudum numero 197 signatus est monasterio anno 1805 sublato.

2) Friebe collationes prologi et cap. 1–12 libri I sibi faciendas curavit; 'quae collatio saepe a lectionibus Meisteri differt', p. 27 queritur. (sed etiam in his novis collationibus 9, 2 '*clam; clum*' falso.)

Littera a et α et a formata est; illa forma in principio manuscripti crebrior est, haec a medio praecipue adhibetur. r interdum in ligatura scripta est. pro ae saepe littera e usurpata est. notae fere nullae nisi usitatissimae usurpatae sunt: q. = que; ’ = us; ¯ = m (-ā = -am, -ū = -um etc.); ꝓ = pro; p̄ = prae; ꝑ = per; ēē = esse; & = et (saepe medio in verbo, velut cr&am = cretam, l&us = laetus, d&oto = de toto, &hiopū = Aethiopum).

Codex integer est, pauca foramina iam antea in membranis erant, nam a librario diligenter devitantur. confectum est manuscriptum ab uno librario. adnotationes in margine scriptae nonnullae, emendationes paucae sunt. epistula deest, prologus exstat.

Hoc manuscriptum ex exemplari litteris minusculis exarato descriptum esse et ex multis aliis et ex his locis cogitur: 65, 13 *obvicum* pro *obviam* (scriptor per errorem hastas confudit); 100, 5 *obzone* pro *olizone;* 79, 6 *praesenserunt* pro *persenserunt;* 109, 14 *pervolet* pro *praetervolet* (notae perperam solutae).

Nonnullis locis verba congregata desiderantur: 10, 4 *neque – navigasse:* cum alterum verbum *neque* in exemplari, quod transcriberetur, fortasse sub altero staret, scriptor de altero in alterum delapsum omisit cetera, quae sunt 23 litterae; item 94, 24sq. desiderantur verba *pavere* (sic γ pro *moventur*) – *miles* (69 litterae): si exitus verbi *pararetur* '*tur*' abbreviatus sit, *pavere* et *parare*' simillima fuerint; item 100, 9 desunt *Laomedontem genuisse ex* (21 litterae): librarium de verbo *Laomedontem* in *Laomedonte*, quod sequitur, delapsum esse verisimillimum est; item 113, 15sq. desiderantur *inspectantium – qui* (42 litterae): post *magno* scriptor *non inspectantium gemitu*, sed perperam *spectaculo* (similiter cadens!) legit; item 121, 3 *qui mare insidiasque suorum* (24 litterae) desunt: de *eorum* in *suorum* scriptor, quantum coniectare licet, delapsus est; 10, 9sq. primo aberant, sed in margine addita sunt *cuncta – indigne com* (45 litterae). nimirum suspiceris his locis totas lineas omissas esse, nam 69 litterae sunt ter 23, 42 sunt bis 21, 45 sunt 22 et 23. unde concludas,

singulas lineas exemplaris in hoc manuscriptum transcripti inter 21 et 24 litteras obtinuisse.

Hic codex et quod est pervetus et quod ei menda pauciora quam aliis manuscriptis sunt maximi ad textum conficiendum momenti est.

Ad illa codex continet: Ps.–Senecae Epistulas ad S. Paulum; Carmina latina (Hymnum de Christo et beata Virgine); Daretem Phrygium; S. Aviti De initio mundi et alia minoris momenti. textum Daretis Phrygii excerpta ex Dicty narrationis Daretis ad finem perducendae causa sequuntur (pp. 118–120). p. 118 infra: 'EXPLICIT DESTRVCTIO TROIAE (scil. Daretis Phrygii). ITEM DE ENEA ET ANTENORE.' pagina 119 libri V caput 17 – neque tamen verbum pro verbo – redditur praeter ea, quae Dictys de se ipso dicit; quae sequitur 'DE REDITV GRECORVM A TROIA', id est liber VI tantopere contractus, ut reditus Graecorum triginta quattuor lineis narretur. ('*Per idem tempus patria expulsus apud cyprum salaminam condidit urbem*', scil. Teucrus; v. cap. 4; at nomen Teucri deest. capita 5–13 omnino transiliuntur.) quamquam haec excerpta ad textum constituendum nihil afferunt, tamen hae variae lectiones non sine ulla vi sunt: 118, 20 *exuerent* pro *exigerent*, *exagerent* G; 118, 24 sq. *(Aeneas) Multas interim gentes praeventas* pro ... *multas interim gentes barbaras praevectus*, *praeventus* γP *paenevicit* E *paene victus* F; ibd. *navigaverant* ut G[2] (G[1] *navigarent*); 119, 20 *acquisierant* pro *quaesiverant*, *quaesiverunt* γ *quaesierant* P; 122, 17 sq. *virilis ac muliebris secus*: *virili ac muliebri sexu* GSHBV *virilis* (*-is* E[2]) *ac muliebris* (*-is* E[2]) *sexus* (*-x-* E[3]) EPTR *virile ac feminile sexu* t. scriptum hoc summarium est, ut totus codex, saeculo IX/X.

Fragmenta Reichenaviensia, saeculi IX, quae nunc sita sunt in Bibliotheca Turicensi, numero Z. XIV 14 signata. in volumine II codicum Reichenaviensium[1])

1) Die Handschriften der Großherzoglich badischen Hof- und Landesbibliothek in Karlsruhe, VI = Die Reichenauer Handschriften beschrieben und erläutert von Alfred Holder, II, Lpz.-Bln. 1914; Holder-Preisendanz, III, Lpz.-Bln. 1918.

Alfred Holder p. 584 (fr. 141) de novem ex Darete fragmentis parvulis agit. praeterea Holder p. 289 haec scribit: „Zu demselben Codex gehört das von Bibliothekar Dr. Jakob Werner in der Cantonalbibliothek in Zürich aus dem Deckel einer Incunabel abgelöste Bruchstück aus Dictys Cretensis, das noch den Vermerk lib Augiae minoris trägt."

In volumine III, p. 265 („Nachträge") Holder nos de aliis fragmentis eiusdem codicis docet. qua de causa codex dissectus fuerit, a Werner certior factus Holder his verbis profitetur: „Verwendet zum Überkleben des Rückens von Lyras Bibelausgabe von 1486, da in diesem Jahr das Buch den Besitzer wechselte. Der Lyranus (vier Bände) wurde von Weihbischof Daniel Zehender, Episcopus Belinensis, einem gebürtigen Schweizer aus Brugg a. d. Aare, seinen Brüdern im Franziskanerkloster zu Zürich geschenkt." viginti quinque particulae huius codicis repertae sunt, quarum unaquaque pauca verba tenet. omnes mihi imaginibus lucis ope depictis praesto erant adiuvante illo illustri instituto 'Centre National de la Recherche Scientifique, Institut de Recherche et d'Histoire des Textes, Paris'. fragmenta tam parvula vix umquam ulli familiae codicum attribuere possumus; at illa fragmenta in codicibus familiae γ numeranda esse permultis variis lectionibus apparet: e. g. 6, 24 *bellique;* 12, 5 *et* omisit; 12, 16 *a dis;* 12, 18 *argus;* 12, 19 *et Sthenelus Amph. Amphil.* om.; 33, 16 *teuthandrum;* 33, 19 *adducens* (sicut G); ibd. *tecmissam;* 47, 14 *cara;* 47, 15 *talimeneo;* 47, 19 *prominus;* 48, 1 *pureclimus;* 49, 20 *tristis* (*tri*///*tis:* eras. *s* G). nulla autem varia lectio e familia ε esse facile est intellectu. quod lectiones 33, 19 *adducens* et 49, 20 *tristis* eaedem sunt atque codicis G, concludas fragmenta Reichenaviensia maxime propinqua esse huic Sangallensi. cum ille codex, ex quo hae particulae avulsae sunt, saeculo IX scriptus sit, maxime dolendum est, quod interiit.

S: Codex Argentoratensis numero 14 signatus saec. XI maximi momenti est. a. d. XVII Kal. Sextiles anni 1877 bibliotheca universitatis litterarum Argentoratensis Francofurti ad Moenum a K. Th. Völker quodam

codicem Septimii emit[1]). huius codicis, qui praeter Dictym-Septimium Daretem et Macrobium continet, primum folium deest, ubı prologus et initium libri primi exarata erant, qua de causa manuscriptum a verbis *multo magis* . . . (cap. 2, p. 4, 18) incipit. quo codice, qui ad textum constituendum nondum adhibitus est, cum eum exstare plane ignotum esset, quam diligentissime a me collato et siglo S appellato benignitate generositateque rectoris Georges Collon bibliothecae Argentoratensis uti potui.

Hic codex S a duobus librariis scriptus est, quorum alter ab fol. 22 r (*lamphum*: lib. IV cap. 22, p. 100, 10) coepit; sed ambo eiusdem temporis scriptoriique fuisse apparet. notae fere nullae nisi usitatae adhibitae sunt, e. g. n̆ = non; ꝗd = quid; q̨ = quae; ſt̄ = sunt; q̊ = qui; ꝑ = per; eoꝝ = eorum etc.; linea supra litteram aliquam aut m aut ne (om̄s = omnes) aut em vel en (agam̄non = agamemnon, frum̄ta = frumenta) significat.

Id exemplar, quod in hunc codicem transcriptum est, litteris minusculis scriptum fuisse cum ex aliis tum ex his locis facile intellegitur: 6, 4 *Tum* pro *eum;* 9, 6 *climei* pro *dimae (Dymae);* 11, 24 *lectus* pro *leitus;* 90, 25 *clymantis* pro *dymantis;* 100, 7 *deomestra* pro *cleomestra.*

Hunc codicem familiae γ esse in omnibus fere lineis sub oculos cadit (cf. e. g. omnes locos, ubi in apparatu critico siglum γ occurrit). persaepe et S et H et R et B inter se contra G consentiunt, e. g. 5, 1 *Aenea* om.; 6, 19 *partam* om.; 9, 13 *ita* om.; 16, 13sq. *donis amplioribus* om.; 22, 21 *vel* ante *praepeditus* add.; 44, 20 *effusi* om. SHR *effusi portis* om. B (cum β – cf. stemma codicum – *effusi* omisisset, B etiam *portis*, quod tum obscurum esset, delevisse videtur); 46, 25 *frustra trito editione.* interdum autem S et H cum B contra G et R consentiunt, e. g. 36, 3 *partito;* 46, 17 *adito* R *addita* (*-d-* SH) SHB (recte *aditu*); 72, 14 *metuendis*; 74, 9 *appellant*. hoc loco S et H cum G contra R et B congruunt: 96, 25 *utrius* (om. *que*) GSH, qui locus minimum valere ad statuendum, quomodo codices inter

1) Quae ita se habere litteris bibliothecae Argentoratensis certior factus maximas grates ago rectori Georges Collon.

se cohaereant, apparet. perraro S et H cum R contra ceteros conveniunt: 18, 11 *ac;* 40, 22 *hercule;* 41, 1 *in* ante *inchoando* om. non multo saepius S et H cum G et R contra B conveniunt: 9, 8 *ne quae* ex *neque* G[2] *neque* SHR *ne quod* B; 40, 13 *qui* GSHR *cur* B pro *quid* (illa exclamatio '*quid Medeam?*' postulat, ut ita dicam, vocem *quid*, quapropter credam id mendum iam in archetypo fuisse; coniectura codicis B insciti librarii est); 48, 22 *iri* GSHR *iniri* B (recte *ire*); 60, 22 *Hisdem* GSHR *hiisdem* B *isdem* ctt.; 21, 20 *condensis satis* GSHR *condempsis satis* B, quarum differentiarum postremam multo etiam minoris aestimes, quam ceteras.

Omnibus fere locis codex S mirum in modum cum H consentit, ut non possimus non concludere S et H ex eodem codice, quem σ appello, fluxisse: e. g. 7, 17 *post;* 8, 10 *multi;* 9, 17 *admitteretur;* 9, 21 *praepediebatur;* 10, 21 *praeparare;* 40, 10 *est;* 43, 15 *omnimodo;* 57, 18 *per omnia* post *his* add.; permultis aliis. tamen neque S ex H descriptus esse potest, quod multo melior est quam H, neque hic ex S, quod nonnullas lectiones incorruptas verbaque in S omissa praebet, e. g. 10, 4 *fertur* S *ferunt* H recte; 45, 20 *tamen conhivente Achille* om. S *tamen conhivente* om. H; 56, 9 *vel nequiquam neque quicquam* (*vel* et *neque quicquam* exp.!) S *vel nequiquam* H; 115, 6 *distruebatur* S *distribuebatur* H recte.

Nonnullis locis σ cum codicibus familiae ε consentit, interdum solus, interdum una cum R vel B: 31, 4 *inhabitare* (*de* eras. E *de* sive *dei* om. SHRBtT) SHRBEtT; 12, 17 *nereus* SHε; 36, 2 *impetrare* SHRBEV *-ri* GP (P manuscriptum familiae ε est!); 34, 22 *a* ante *cunctis* add. SHREVP, sed imprimis in R saepenumero praepositiones additae sunt, ut textus facilior intellectu sit (cf. infra descriptionem codicis R). 9, 26 *dein* SHRE pro *deinde* minoris momenti sit, quod haud raro in vicem adhibentur. nunc de iis locis, ubi nullus codex nisi S et H cum E consentiunt: 33, 10 *Dein* SHE pro *dehinc*. cur 80, 24 SHE *tradit* pro *tradidit* praebeant, facile intellegas animo reputans in eadem sententia vocem *donat* esse (*reliquis in unum collectis Polyxenam donat et cadaver*

tradidit), praeterea in E *donat* deest, ex quo efficitur, ut hoc loco illa manuscripta vix inter se cohaereant. 87, 3 *circum* SHEVP, sed etiam in G a manu recentiore *circa* in *circum* correctum est. 105, 12 *civitatem* SHEV pro *civitate*. 118, 6 *atreidas* S *adtreidas* H *atrheidas* (sic!) E, quae lectiones per se oriri videntur, quia sententia ita est: *eosque non Atrei sed Plisthenidas* (non *Plistheni*) ... *appellare*, praeterea *d* vocis *atrheidas* a E² scriptum est (cf. Löfstedt p. 54). 123, 27 *industria sua* SHε (pro *i. sui*) certe casu factum est.

Quibus rebus intellegas σ artius cum ε cohaerere non nimis verisimile esse. sed quibus locis cum ε consentit, lectiones familiae ε iam in β (cf. stemma codicum) influxerint, cum interdum etiam et S et H et R et B cum ε conveniant. an iam in archetypo antiquo codicum nostrorum variae lectiones erant? certe in exemplar familiae γ et in illo, ex quo E descriptus est, variae lectiones fuisse infra demonstrabo.

H: Codex Bruxellensis bibliothecae regiae 3920–3923 saeculi XI, qui editoribus omnino ignotus erat.

Septendecim paginae, fol. 21r–29r, totum Dictys textum in binas columnas scriptum continent. codex, qui prologum nec vero epistulam habet, litteris parvulis exaratus est, qua re, cum nihil fere per compendia scriptum est, singulae columnae septuaginta lineas, singulae lineae ad septuaginta litteras complectuntur. quod librarius non solum taeterrime sed etiam diligentia minima maximaque levitate scripsit, codex mendis et ineptiis redundat, quibus apparatum criticum facile refercire potui. qua de causa codex multo vilior est quam pro vetustate. tamen contuli et varias lectiones graviores magna ex parte (imprimis initio operis) notavi.

Hunc codicem familiae γ esse primo quasi aspectu manifestum est. eum tam similem esse Argentoratensi S, ut nobis pro certo habere liceat ambos ex eodem exemplari originem ducere, supra (p. XVIII) explicavi; ubi praeterea docui eum etiam codicibus R et B propinquum esse.

R: Codex Ambrosianus C. 72 Inf., saeculi XI/XII. hoc quoque editores Dictys nondum usi sunt. Ezio Franceschini

in illis commentariis periodicis, qui inscribuntur 'Atti del Reale Istituto Veneto di scienze, lettere ed arti', Anno accad. 1937–38, Tomo XCVII, Parte seconda, Venezia 1937, commentationem, quam 'Intorno alla tradizione manoscritta di Ditti Cretese' inscripsit, de Dictyis Latini codicibus in Italia sitis scripsit. codicem **R**, quamquam non plane ignotus erat, tamen editores Dictyis Latini neglexerunt, quia, ut videtur, nesciverunt eum Septimium continere. quae opera hic codex complectatur, Franceschini l. l. p. 160sq. enumerat; in fol. 36r–58v Dictys-Septimius exstat. sed collationes a Franceschini editas compluribus locis mihi corrigendas complendasque esse intellexi, cum imagines codicis, quas faciendas curavi, inspexissem.

Hoc manuscriptum, quamvis minoris sit quam **G** et **S** et **H**, tamen vetustior est quam **B**, qua de causa **R** ad textum constituendum alicuius momenti est.

Maxime mireris multa verba transposita et saepe *est*, *sunt* etc. addita esse (cf. e. g. 90, 22 *copiae productae*: **R** add. *sunt*), quibus rebus librarius textum faciliorem intellectu facere voluisse videtur; praeterea etiam aliter textus 'facilior' redditus est: saepenumero enim, ut id saltem exemplum adferam, praepositiones additae sunt (ad nomina locorum cf. imprimis lib. I cap. 17; sed etiam alibi velut 22, 7 *in hostes incurrunt* pro *hostes incurrunt*, 34, 22 *a cunctis decernitur* pro *cunctis dec.*). quod librarius haud raro in transcribendo sic erravit, ut textum non comprehendisse videretur (cf. Franceschini l. l. p. 163sq.), non possumus non concludere iam in eo exemplari, e quo **R** transcriptus est (cf. etiam p. XLV), illas transmutationes etc. fuisse. quod exemplar litteris minusculis exaratum fuisse intellegitur et ex aliis et ex his locis: 28, 6 *magnavim* pro *magnam vim* (in exemplari fortasse *magnā vim* erat); 40, 2 *committere* pro *commutare;* 46, 9 *virium* pro *viritim;* 90, 11 *perdidit* pro *prodidit* (nota perperam soluta).

Codex compluribus locis, ubi ceteri codices familiae γ sincerum textum non praebent, easdem incorruptas lectiones, quas ε, habet, e. g. 58, 5 *ubi;* 64, 14 *videt;*

83, 3 *uti quisque;* 97, 18 *deicere;* 129, 10 *inportunum namque.*

Etiam nonnulla menda familiae ε propria in hoc codice insunt, velut 56, 9 *ausi* post *sociis* add. ε**R**; 121, 1 pro *Aethra Pitthei* habent ε**R** *aethra* vel *aetra* (*aetherasei* vel similia γ); 129, 7 *proventu* pro *provectu* scr. **EFR**. quae quamquam rarissima sunt, tamen, cum neque in **S** neque in **H** neque in **B** reperiantur, negare vix possis ipsum codicem **R** vel, quod credere malim, exemplar quoddam (ρ), quod inter β et **R** sit, cum ε cohaerere.

Sit magni hoc manuscriptum, at non tanti aestimandum, quanti Franceschini, qui primus id in lucem protulit, duxit.

Franceschini etiam alia manuscripta huius familiae γ inspexit; ea autem recentiora multoque minoris sunt et nihil praebent ad textum constituendum.

B: Codex Bernensis 367. folia 152r–187r Dictym continent. Meister ipse scripsit se 'non omnes eius varias lectiones adnotare', tamen plurimas varias lectiones ne cognovisse quidem videtur. qua de causa maxime necessarium erat eum codicem, cum haud levis sit, diligentissime conferre.

Codex in binis columnis et claris litteris minusculis saeculi XIII scriptus est ab uno librario praeter paucas glossas marginales emendationesque. quamquam multitudo mendorum multo maior est quam in **G**, tamen codex etiam ob vetustatem minime spernendus est. per notas multo plura quam in **G** scripta sunt, sed notae adhibitae non sunt nisi cotidianae: m fere semper, n saepissime per ¯ supra vocalem antecedentem signantur; pro e et ae semper littera e usurpata est; r saepe litteris superscriptis exprimitur (sacrͦū = sacrorum); interdum etiam aliae litterae, imprimis i, superscriptae sunt (uͥ = ubi; aqͥla = aquila); littera a si superscribitur sic formatur: *a* (qmͣ = quam), ceteroquin a; ' = er aut re (ex'citu = exercitu, g'cie = graeciae); ' = us; ~ = ur; ʒ = (b)us; ō = io (aut om!); ꝫ = et; ꝑ = per; ṗ = prae; ꝓ = pro; sed etiam par et por saepe per notam ꝑ, proe per notam ṗ scripta sunt (ꝑare = parare, corꝑib = corporibus, ṗlium = proe-

lium; deiñ = deinde (fere semper), mirum in modum praefertur pro *dein*; nrī = nostri etc.

Epistula deest, prologus exstat.

Etiam id exemplar, quod in hunc codicem transcriptum est, litteris minusculis exaratum fuisse apparet cum ex aliis tum ex his locis: 84, 23 *teli salus* pro *telis aliis;* 85, 3 *et vi gentis* pro *metu ingentis* (*et vigentis* G); 86, 15 *intentes* pro *nitentes;* 100, 7 *deomestra* pro *cleomestra;* 100, 10 *cymoetem* pro *tymoetem;* 119, 8 – quod vix credibile est! – *clytis* pro *dictys (dyctis).*

g: Codex Sangallensis oppidanus saeculi XV, qui situs est in bibliotheca Sangallensi Vadiana (quae etiam „Stadtbibliothek" vocatur) numero 304 signatus, a Dederich interdum adhibebatur. cum **G** et **B** denuo a me collati sint et cum Franceschini **R** detexerit collationesque ediderit atque **S** et **H** a me in lucem tracti collatique sint, codex **g** vix ullam vim habet, qua de causa perraro eo usus sum.

A: Codex Argentoratensis saeculi, ut videtur, XV a. d. IX Kal. Septembres anni 1870, cum thesaurus bibliothecae flammis corriperetur, deflagravit. quam rem neque Meister neque Friebe neque alii scivisse videntur. Obrechtus editionem faciens eo codice utebatur, nobis nihil nisi haec editio praesto est. etiam **A**, qui sicut **g** recentioris aetatis est, vix ullam vim ad textum constituendum habet.

De codicum familia ε:

Altera familia, qua Dictys-Septimius traditus est, in editionibus, quae adhuc fuerunt, non modo fere omnino neglecta est, sed ne cognitum quidem erat duas familias existere. codex enim Aesinas ignotus erat. Meister quamquam interdum duo manuscripta huius familiae, **V** et **P**, adhibebat, tamen perraro neque certis fundamentis enixus illis usus est, cum ea propriam vim habere nesciret.

E: Codex Aesinas lat. n. 8. de quo codice gravissimo vetustissimoque nondum ad textum constituendum adhibito uberius loqui liceat.

Maxime necessarium erat hunc codicem conferre, quamquam Annibaldi in illo opere supra commemorato

(p. IX) collationes suas ediderat. quibus nimis confidere, quod quidem ad textum Taciti attineat, non licere iam Rudolf Till l. l. (p. IX) demonstravit, etiam minore fide collationes Dictys sunt.

Nunc quaerendum est, num libri Dictys semper cum scriptis minoribus Taciti coniuncti fuerint[1]). quod credas, si consideres multa similia esse: in eodem genere membranae et opus Dictys-Septimii et opera Taciti scripta sunt singulaeque paginae binas columnas tricenarum linearum continent: sed haec eo factum esse concedas, quod ex eodem scriptorio sunt, cum contra illam sententiam afferas viros doctos aetatis renascentium litterarum in epistulis, quas de codice Aesinati scripserunt, nusquam de Dicty locutos esse[2]), verisimile autem esse eos Dictym silentio non praeterituros fuisse, etsi eum minoris putarent, si textum vidissent, praesertim cum codex nunc initium a Dicty capiat. partes igitur postea idque in Italia consertas esse apparet.

His temporibus libellus quidam editus est, qui magni momenti imprimis ad traditionem operum Taciti est: Ludwig Pralle, Die Wiederentdeckung des Tacitus, Fulda 1952 (Quellen und Abhandlungen zur Geschichte der Abtei und der Diözese Fulda, zugleich 33. Veröffentlichung des Fuldaer Geschichtsvereins). Pralle exponit eam actionem, quae Romae anno 1425 fuerit et qua Taciti opera minora protracta sint[3]), eandem esse ac litem nonnullis auctoribus notam[4]), quae erat inter abbatiam liberam Benedictinorum Hersfeldensem et urbem Hersfeldam. hanc litem nihil nisi partem controversiae, quam Land-

1) v. Paul Lehmann apud Till l. l. p. 11.

2) v. Remigio Sabbadini, Storia e critica di testi latini, Catania 1914, p. 263sqq. (p. 4 huius operis Commentarium Nicolai Nicoli in peregrinatione Germaniae redditum est). — Gravissimos locos illarum epistularum etiam attulerunt Till l. l. p. 3sqq., Lenchantin de Gubernatis, ed. Agricolae p. XXIIIsq., ed. Germaniae p. XXVII, ed. Dial. p. XXII (Corpus Paravianum).

3) v. Till l. l. p. 3; Robinson, The Germania of Tacitus. A critical Edition, Middletown, Conn. 1935 (= Philol. Monographs V) atque alias editiones operum minorum Taciti.

4) Quae de hac re scripta sint refert Pralle l. l. p. 19sqq.

grafiatus Chattorum et archiepiscopatus Mogontinus de dominatione terrae Chattorum habebant, fuisse. Pralle evincere conatur, Henricum de Grebenstein monachum Benedictinum Hersfeldensem (is ergo est, ut affirmat, ille 'monachus Hersfeldensis', de quo in epistulis Francisci Poggii Braccolinii scribitur) et Nicolaum Cusanum anno 1427 cum alios codices scriptorum veterum tum duo codices Taciti in Italiam detulisse, quorum alter opera minora Taciti et fragmentum Suetonii de grammaticis et rhetoribus, alter Annales I–VI contineret. illum codicem eundem esse, quo solo opera minora Taciti ab aetate Carolingorum ad aetatem litterarum renascentium servata sint (nonnulla eius folia in codice Aesinati esse inter omnes constat), hunc eundem esse, qui nunc in bibliotheca Florentina sit (Med. Laur. 68, I). utrumque autem codicem re vera Fuldae, non Hersfeldae et Corbeiae[1]) ortum esse Pralle satis probabilibus rationibus usus demonstravit[2]), qua de causa codices, qui nunc dicuntur 'Hersfeldensis' et 'Corbeiensis', re vera 'Fuldenses' sunt.

Cum autem ea pars codicis Aesinatis, quae Dictym continet, ex eodem scriptorio sit quo altera (cf. supra p. XXIII), totus codex Fuldae ortus est.

Quod iam supra verisimile esse suspicati sumus, scripta Dictys et Taciti nunc in codice Aesinati coniuncta separatim Romam delata esse, argumentis illius viri doctissimi

1) cf. iam Lenchantin de Gubernatis in editione Annalium vol. I, Aug. Taur. 1942, p. XI.

2) Pralle p. 50, adn. 32: Paulum Lehmann dixisse sibi persuasum esse codicem Taciti Fuldae ortum esse. cf. etiam editionem Agricolae in illa serie „Heidelberger Texte" a viris doctissimis Hans Haas et Karl Meister 1955 confectam. ceterum Lehmann codicem Corbeiensem aliqua cum Fulda coniunctum esse iam antea docuerat: Fulda und die antike Literatur, in: Aus Fuldas Geistesleben, Festschrift, Fulda 1928, p. 15sq.; 18. etiam Robinson l. l. p. 24sqq. scripserat sibi verisimillimum esse veterem scripturam carolingam quae dicitur codicis 'Hersfeldensis' Fuldae ortam esse. qui doctissimi viri illam scripturam similem esse scripturae Lupi de Ferrière (qui inter 828 et 836 Fuldae versatus est) et scriptorii Caesarodunensis viderunt; cf. Lehmann apud Till l. l. p. 11sqq.; Robinson l. l. p. 24sqq.; Pralle l. l. p. 62.

confirmatur. terminus, post quem scripta minora Taciti in Italiam deducta sunt, annus 1431 esse antea putabatur, quod illo anno Nicolaus de Niccolis cardinalibus Iuliano de Cesarinis et Nicolao de Albergatis illum 'Commentarium in peregrinatione Germaniae'[1]) tradidit, quo illis mandavit, ut in monasterio Hersfeldensi opera Taciti peterent. sed Pralle l. l. p. 50sqq. pro certo ponit Poggium illum codicem Taciti iam anno 1427 ab Henrico de Grebenstein (illo 'monacho Hersfeldensi'), qui eum per iniuriam Fulda abstulisset, ne dicam furatus esset, accepisse, amicos autem celavisse [2]). monasterio enim Hersfeldensi plurimum intererat Poggium papae secretarium, cuius studium congerendi manuscripta inter omnes constat, propitium reddere ad rem monasterii bene gerendam. utcumque res se habet, anno 1455 codex Romae erat, nam Decembrius eum vidit et descripsit[3]), e cuius verbis scimus codicem (ex quo ad hunc diem, ut his verbis utar, quaternio et unio palimpsestus restant) et Taciti Agricolam, Germaniam, Dialogum et Suetonii de grammaticis et rhetoribus fragmentum continuisse. pro certo habemus folia Agricolam continentia non ita multo post soluta esse et separatim venisse[4]). initium et finem Agricolae Stephanus de Guarnieris transcripsit, quia folia soluta erant non apta ad conglutinandum; ab hoc enim viro codicem conglutinatum esse apparet. qua re non possumus non concludere eo loco temporeque Dictym cum Tacito coniunctum esse. quod scriptura simillima et magnitudo foliorum eadem erat, praeterea quod etiam Dictym conglutinare necesse erat (initium et finis

1) Sabbadini l. l. p. 4; Till l. l. p. 5; Robinson, Class. Philol. 16, 1921, 251sqq.; The Germania p. 6sq.; Pralle l. l. p. 50sqq.

2) Etiam Robinson, The Germania p. 5, opinatus erat Poggium codicem iam prius possedisse.

3) Robinson, The Germania p. 8sqq.; Pralle l. l. p. 55. —Non Henochum de Ascolis fuisse, qui codicem in Italiam detulisset, iam Robinson, The Germania p. 351sqq. et C. W. Mendell, Amer. Journ. Philol. 56, 1935, 119sqq. demonstraverunt.

4) Till l. l. in praefatione ad imagines lucis ope confectas ('photocopias'), quas libro suo addidit; Wünsch, Bln. Philol. Wochschr. 27, 1907, 1029sq.; Wissowa, Codex Leidensis Perizonianus phototypice editus, Lugd. Batav. 1907, Praef. p. 12sqq.

mutila erant: cf. infra), Stephanus Guarnieri adductus est, ut Dictym et Tacitum coniungeret.

Quomodo autem Dictys Fulda in Italiam perlatus est? roganti Pralle respondit l. l. p. 79sqq.: haud aliter ac Tacitus, obscure et per iniuriam. Decembri enim mense anni 1429 Nicolaum Cusanum Orsino cardinali codicem comoediarum Plauti (illum Vat. Lat. 3870) tradidisse, Poggio autem Gellii noctes Atticas et historiam quandam, quam Cusanus initium historiae Alexandri Magni Curtii putavisset, quae manuscripta ipsa quoque non iuste ex bibliotheca monasterii Fuldensi ablata essent. a vero non abhorret Dictym significari verbis Poggii, quibus dicit se praeter incompositum et mutilum[1]) Gellium nihil accepisse nisi 'unam chartam quam credebat (scil. Nicolaus Cusanus) esse principium Curtii, rem insulsam et ineptam; reliqua in spongiam abierunt'[2]). cum manuscriptum mutilum fuisse etiam nunc intellegatur (cf. infra), nonne verisimile est Dictym eodem modo Romam deductum esse ac Tacitum[3])? duobus de causis Poggius tacuit: quod studium eius manuscripta congerendi tantum erat, ut suos thesauros aliis occultare conaretur, et quod per iniuriam eos acquisiverat[4]).

1) Eum mentitum esse verisimile est: cf. Pralle l. l. p. 88.

2) Libri I et II Curtii iam tum interierant. cum res gestae Alexandri aetate media conscriptae saepe, ut ita dicam, ab ovo inciperent, Nicolaus Cusanus non valde miratus sit hanc 'historiam Alexandri' sic incipere. — 'charta' = liber media aetate haud raro adhibetur: cf. Forcellini II 166; Sleumer, Kirchenlateinisches Wörterbuch, Limburg 1926², p. 204; etiam Thesaurus III 998, 46sq.— vocem 'chartae' obtrectationis causa adhibuit Poggius?

3) Non solum opera minora ab Henrico de Grebenstein — Cusano fortasse adiuvante! — sed etiam Annales I—IV ab Nicolao Cusano ex bibliotheca monasterii Fuldensi ablata esse Pralle affirmat.

4) Pralle l. l. p. 53. — Ab anno 1427 maximam occultationem adhibendam fuisse Pralle monet, cum Ioannes abbas Fuldensis eo anno potestatem recuperavisset; nam Landgrafiatus Chattorum archiepiscopatum Mogontinum vicerat et Hermannus de Buchenau potestate coadiutoris abbatis Fuldensis privatus erat seque inter comites archiepiscopi Mogontini contulerat, qua de causa bibliotheca Fuldensis adiutoribus Poggii, Nicolao Cusano, Henrico de Grebenstein, Hermanno de Buchenau, clausa erat.

Codex, cuius forma quaternaria, altitudo 280 mm, latitudo 225 mm sunt, conglutinatus in corium rubrum est, ut omnes codices bibliothecae comitis Balleani, quod involucrum novum faciendum curavit Aurelius Guarnieri medio vel exeunte saeculo XVIII. codex ex 76 foliis membranaceis constat, quae non eadem crassitudine naturaque sunt (sed meliora peioraque folia in singula opera dispertita sunt). continent fol. 1–51 Bellum Troianum, 52–65 Agricolam, 66–75 Germaniam, fol. 76 vacuum est. singulae paginae binas columnas tricenarum linearum habent, magnitudo singularum columnarum 203×ca. 60 mm est. atramentum flavum est.

Dictys maxima pars minuscula carolina exarata est idque circa annum 830 in Germania occidentali aut media factum esse docet Paul Lehmann[1]). sed non solum talia vetera folia sed etiam recentioris scripturae reperiuntur, quae praeter fol. 1 et 51 palimpsesti sunt:

fol. 1:	: r[2])	continet epistulam,
	v	initium libri I *qui minois* usque ad *transmissa* (4, 22).
fol. 2:	r	sine litteris est, sed supra erasa lineae inconditae confuse ductae sunt,
	v	prologum continet.
fol. 3:	r	iterum epistulam continet,
	v	initium libri I *Liber primus. Cuncti reges* usque ad *in domum Mene* (5, 2).
fol. 4:		*lai hospitio* (5, 2) usque ad *parcius* (7, 5).
fol. 9:		*victimam* (17, 10) usque ad *deliberantibus* (19, 20).
fol. 10:		*cunctis* (19, 21) usque ad *secundo* (21, 30).
fol. 51:		*atque originis* (131, 12) usque ad finem.

1) Paul Lehmann, qua est comitate, haec mihi per litteras scripsit; cf. etiam Lehmann apud Till l. l. p. 9sqq.
2) Obtineo sigla r (i. e. recto) et v (i. e. verso) pro foliorum adversum et aversum, quod in omnium usu sunt; col. I significat columnam sinistram, col. II dexteram.

fol. 2–4, 9–10, 51 talibus litteris, quibus docti aetatis renascentium litterarum utebantur, saeculo XV in Italia scripta sunt[1]), idque, ut videtur, circa annum 1460 vel paulo post a Stephano Guarnieri[2]).

R. P. Robinson, The Germania of Tacitus. A critical Edition, Middletown, Conn., 1935, p. 15, fol. 1 minuscula carolina scriptum esse per errorem dicit. scriptura enim huius folii non eadem est atque ceterorum foliorum. Paul Lehmann a me rogatus, qua est comitate humanitateque, haec scripsit: „Ich habe zuerst bei fol. 1r u. v etwas gezweifelt, ob diese Seiten nicht doch karolingisch seien, jedoch deuten – abgesehen von einzelnen fürs Spätmittelalter charakteristischen Buchstabenformen – die Großbuchstaben zu Anfang der Eigennamen, wie Rufine, Atreus, klar darauf hin, daß auch hier ein Humanistenschreiber tätig war, der allerdings verstand, der karolingischen Minuskel relativ nahe zu kommen."

Videre possumus sub scriptura recentiore palimpsesti
fol. 2r primo ea, quae nunc in fol. 10r sunt (*cunctis* 19, 21 usque ad *liber I explicit. incipit liber II*),

fol. 2v primo ea, quae nunc in fol. 10v sunt (initium libri II usque ad *secundo* 21, 30),

fol. 3r primo ea, quae nunc in fol. 2v sunt (prologus) scripta fuisse.

Quae in ceteris paginis primo fuerint non iam cognoscitur. paginae enim inter se permutatae sunt, cum denuo inscriberentur. cur autem permutatae sunt? quod librario textu nondum abraso opus erat, cum eum transcriberet. prologo addito una pagina vacua erat, quod prologus non folium sed tantummodo unam paginam explet. quare

1) Paul Lehmann per litteras.

2) cf. Till l. l. in praefatione ad imagines lucis ope confectas ('photocopias'); Annibaldi l. l. p. 4; Lenchantin de Gubernatis in praefatione ad editionem suam Agricolae, Corp. Parav. 1949, p. VIII. – Stephanus Guarnieri (ca. 1425–1493), qui etiam cancellarius Perusinus illustris erat, una cum fratre Francisco codices conquisivit; quos codices familia Guarnieri di Osimo anno 1793 exstincta comites Balleani hereditate acceperunt.

librarius singulas paginas ante transcribere potuit quam abrasit. sed scriptura illorum foliorum (2–4, 9–10) erasa non solum non eadem est quae ceterorum foliorum (5–8, 11–50), sed ne vetus ('carolina') quidem est[1]), immo eadem est ac scriptura folii 1, quod a librario aetatis renascentium litterarum scriptum esse supra docuimus[2]). ergo ne neglexeris has tres scripturas discernendas esse: primum minuscula carolina (qua veteres partes codicis exaratae sunt), deinde prior scriptura aetatis renascentium litterarum (fol. 1 et erasa) tum scriptura posterior aetatis renascentium litterarum (fol. 2–4, 9–10, 51).

Antequam codex in Italiam deductus est, cum familiae ε esset, primum locum epistula obtinebat, quam initium libri I sequebatur. prologus additus est a priore librario aetatis renascentium litterarum (qui etiam folium 1 scripsit: v. supra), nam prologum erasum, qui sub scriptura folii 3r videri potest, ab eo scriptum esse apparet.

Prologo addito codex et prologum et epistulam habet. prologus etiam ideo primo in E fuisse non potest, cum neque ceteri codices familiae ε eum contineant neque eae editiones, quae e codicibus familiae ε pendeant. qui quod posteriore tempore adiectus est, epistulam (3r) continuo initium libri I (3v) sequitur. praepositus (ante epistulam et librum I) prologus est, qua de causa una pagina vacua remansit (nunc quoque 2r vacua est) prologusque Dictys ante epistulam Septimii reperitur. prologus autem nullo pacto huius loci, i. e. ante epistulam, est! nam epistulam interpretis posteriorem inferioremque esse quam prolo-

1) Quam rem et forma litterarum et eo, quod nomina propria litteris maiusculis scripta fuisse videntur, et ratione habituque scribendi (quod „Schreibcharakter, Schriftduktus" lingua Germanica appellatur) cognoscas.

2) Scriptura foliorum 2 et 3 erasa legi potest; in ceteris foliis scriptura erasa non iam cognoscitur, sed eadem esse atque erasa foliorum 2 et 3 ex ipsa rei natura sequitur. – Nomina propria litteris maiusculis scripta sunt: facile cognoscas fol. 3r bis *Nero* (inter lineas 18 et 19 columnae II atque in fine scripturae recentioris lin. 21, fortasse etiam tertium lin. 4), cetera nomina propria maiore diligentia erasa sunt. forma litterarum et ratio habitusque scribendi simillima videntur.

gus auctoris – ut praetermittam epistulam in locum prologi substitutam esse – ambae inter se comparatae partes docent (quod alibi demonstrabo). manuscriptum familiae γ, ex quo prologus transcribi potuit, praesto fuisse apparet ex eo, quod emendationes, quae in E inveniuntur, ex tali fluxisse solent[1]).

Ea folia scilicet transcribi solent, quae laesa aut minus pulchra sunt; laedi imprimis initium et finem libri facile est intellectu. iisdem de causis priorem librarium aetatis renascentium litterarum folia transcripsisse constat. sed cum ea folia possessori posteriori non placerent, pulchra scriptura membranis bonis usus[2]) folia inscripsit (i. e. librarius aetatis renascentium litterarum posterior). fol. 1 autem solum reliquit ad manuscriptum tegendum tutandumque, fortasse etiam quod denuo corruptum erat, quippe quod esset summum folium codicis (hodie quoque corruptum est). quo factum est, ut hoc folium epistulam et initium libri I contineat, quamquam ambo statim denuo sequuntur.

Praeter initium et finem nihil nisi folia 9 et 10 renovata sunt, quae ultima tabulata quaternionis essent („Die äußersten Lagen des Quaternio“ dicerem lingua Germanica utens). fol. 3–10 enim unus quaternio est. cum fol. 3 et 4 renovare, ut videtur, necesse esset, etiam fol. 10 et 9 renovanda erant, quia 3 et 10 atque 4 et 9 singula tabulata („Lagen“) eius quaternionis, qui fol. 3–10 continet, sunt. ad conglutinandum enim opus aut saltem melius erat, si tabulata non erant discissa. (ceteri quaterniones hi sunt: 11–18, 19–26, 27–34, 35–42, 43–50; de fol. 1,2, 51 cf. supra.)

His siglis usus sum: E = manus vetus, *E* = manus recentior (i. e. Guarnieri) foliorum 2–4, 9–10, 51, *E′* = manus, quae fol. 1 inscripsit.

1) Annibaldi mente agitavisse talia non videtur, Robinson autem non potuit, quod solis collationibus, quas Annibaldi ediderat, nitebatur.

2) Annibaldi l. l. p. 13 membranam magna bonitate esse affirmat, tamen fieri potuit, ut nova folia adhiberentur (e. g. folio 1 librarius uti non iam aut voluit aut potuit, cum fol. 51 adderet).

Quod particulae textus bis leguntur, demonstrare licet librarios *E'* et *E* ipso codice *E* fundamento usos esse, nam multis locis *E'* et *E* easdem lectiones contra γ habent (e. g. 3, 19 *fuerat* pro *fuit*; 3, 23 *filius* post *Naupli* add.; 4, 11 *transegere*). praeterea saepe *E* cum ε contra γ consentit (e. g. 18, 4 *mitteret*; 131, 3 *partu verita* pro *fetu evitans*; 131, 19 *ita suspectus* pro *casu susp.*). sed etiam manuscriptum familiae γ praesto erat, ut iam supra docuimus. gravissimus locus hic est: 3, 18 *eorum* ***EE'*** pro *sua*, in margine habet *E* (i. e. Guarnieri) *sua*. similiter iudices de 3, 16 *imperabant E' imperitabant E*γ et de 4, 1 *eas E'*F *Aiax E*Pγ; haec et alia Guarnieri non ipsum excogitavisse luce clarius est. quem codicem familiae γ Chauncey E. Finch (Manuscripta 3, 1959, 148sqq.) esse gemellum codicis Vaticani Latini 1860[1]) anno 1313 scripti probabiliter exposuit. illum codicem deperditum κ, hunc Vaticanum K[2]) nominat. κ (et K) familiae γ artissimoque vinculo cum β coniunctum esse apparet. imprimis lectiones Prologi (quem codicibus genuinis familiae ε deesse constat) tam similes codicis K sunt, ut Prologum ex κ fluxisse in oculos incurrat.

Quae cum ita essent, litterae scripturae recentioris in totidem paginas et lineas digestae sunt atque vetustiores. is vir doctus, qui manuscriptum saeculo XV possidebat (Stephanus Guarnieri puto), ea folia transcripsit, quae ei displicebant. folia 9 et 10 conglutinandi causa renovata videri supra docui. qua cum re conferas, quibus de causis Guarnieri nonnulla folia Agricolae renovaverit: cum Agricola separatim venum daretur, nonnulla folia, quae soluta et ad conglutinandum idonea non erant, a Guarnieri transcripta sunt[3]), idque ita, ut litterae scripturae recentioris in totidem paginas digererentur, quia recentiora ad vetera folia adiungenda erant. quia contra Germania tota transcripta est, alia folia respicienda non

1) cf. Codices Vaticani Latini tom. III: Codices 1461–2059 rec. B. Nogara, Roma 1912.

2) Finch uti potuit Knights of Columbus Vatican Film Library at Saint Louis University.

3) Till l. l. in praefatione ad imagines lucis ope depictas.

erant. – Ceterum ambigitur, utrum Guarnieri Taciti Agricolam ex ipso codice Hersfeldensi transcripserit (sic Till) an alio codice eiusdem familiae vel ex parte saltem usus sit (sic Lenchantin de Gubernatis)[1]. memineris nonnulla folia Dictys renovata et postea denuo transcripta esse: nescio an etiam Agricola simili modo bis transcriptus sit; qua ratione probata 'codex eiusdem familiae', quem Lenchantin de Gubernatis postulat, illa prima descriptio codicis est[2]. at quin Germania non ex ipso Hersfeldensi transcripta sit, sed ex apographo huius codicis, vix licet dubitare[3]. sed hactenus de Tacito.

Ab uno librario ne veteres quidem partes codicis Dictys scriptae sunt; sed id parvi momenti eo est, quod illi librarii omnes unius eiusdemque scriptorii temporisque sunt neque diligentia scribendi differunt. tamen ab uno librario maxima pars scripta est; praeter hunc librarium I. tres librarii discernuntur:

librarius II. scripsit fol. 20v col. I
21r col. II maximam partem
23v col. I
25r
27r col. II nonnullas lineas
librarius III. scripsit fol. 27v 28 29r
librarius IV. scripsit fol. 29v

cetera omnia a librario I. scripta sunt praeter

a) folia scripturae recentioris (1–4, 9–10, 51),
b) octo lineas (non septem, ut ait Annibaldi l. l. p. 24) folii 13r: col. I lin. 15–22),
c) in margine folii 38v scripta: quae multo posteriore tempore[4] suppleta sunt (IV 17 *caduntque* usque ad 18 *decurrere* = 95, 9–96, 12): cf. supra p. X.

Iam supra dixi codicem Fuldae ortum esse. quod Robinson, The Germania, p. 21, putavit in scripturam

1) Till l. l. p. 26sqq.; Lenchantin de Gubernatis in praefatione editionis Agricolae, Aug. Taur. 1949, p. VIIIsqq.

2) Vide p. XLVI.

3) cf. Till l. l. 100sqq.

4) Illa marginis scriptura Italica saeculi XIV (Annibaldi) aut XV (Lehmann) exarata est.

librarii III. insulanum litterarum ductum incurrisse, Lehmann apud Till l. l. p. 11 impugnat, optimo iure ut mihi quidem videtur; item eam illius viri doctissimi opinionem hunc librarium etiam ea, quae in marginibus Agricolae leguntur, scripsisse Lehmann repugnat.

Et Tacitus et Dictys inter annos 830 et 850 scripti sunt, Dictys fortasse ante Tacitum[1]).

Sub oculos cadit in manuscripto multa correcta esse idque saepe in rasura ita, ut litterae librarii primi non iam cognoscantur; duo correctores discerni possunt (E^2 et E^3), interdum fortasse tertius, qui autem a E^3 fere nulla re certius internosci potest (qua de causa etiam eius correctiones siglo E^3 notavi).

Correctorem E^2 ex γ hausisse apparet ex apparatu critico; ergo manuscriptum familiae γ praesto erat[2]).

Nonnullis locis supra rasuras (i. e. inter lineas) reliquiae verborum aut litterarum cognoscuntur, qui testimonio sunt easdem lectiones, quae nunc rasura facta in textu leguntur, olim superscriptas esse. cuius rei causae esse possunt duae: aut iam ab initio in E variae lectiones erant aut librarius quidam illas lectiones superscripsit, quae postea in textum insertae sunt. ut exempla afferam 6, 11 nunc *naves* in rasura, sed antea *naves* superscriptum fuisse sine multa opera cognoscitur; 91, 1 *adrast'* in rasura a m^3, *adra* (ceterae litterae non cognoscuntur) superscriptum fuisse facile est visu (*adrastus* RP *rastes* GSBVF *lasthes* t *lastes* T *Nastes* corr. Merc.); ibd. *repti Icaria* in rasura m^3, supra quod reliquiae litterarum non iam legi possunt: tales loci multo saepius inveniuntur quam ii, ubi verba superscripta cognosci possunt. 23, 1 super *plurimum* (quod familiae ε est) lectio familiae γ *plerumque* videtur; at pro certo habere non possumus an verbum *plerumque* iam m^1 superscripserit; quae vox fortasse ideo in textum non insertum sit, quod copulatio vocum *iamque diei plerumque processerat* pro . . . *plurimum* . . . fere omnino inusitata

1) Paul Lehmann apud Till l. l. p. 13 et per litteras.

2) Haud raro etiam lectiones huius correctoris mirabilem in modum eaedem sunt, quae in nullo codice nisi in P inveniuntur.

ignotaque est (Löfstedt l. l. p. 53 confert *plerumque noctis* in Sallustii Iug. 21, 2; 98, 6; 109, 4). quando illae variae lectiones in manuscriptum additae sint, plane nescimus.

Ab m^3 vel m^{rec} (hunc correctorem vix ab illo dinosci posse iam supra dixi) multo pauciores correcturae sunt quam ab m^2; illa m^3 erat viri docti cuiusdam, qui fortasse, ut Annibaldi p. 15 adn. 4 opinatur, in familia Guarnieri erat. hic idem voces commatibus seiunxit, supra i puncta addidit, hastam litterae τ produxit (t), partes litterae *a* copulat, lineamentum inferiorem litterae y et lineam transversam litterae T longiores fecit, *aput* et *adque* (m^1 *aput* et *apud*, *adque* et *atque* scripserat) in *apud* et *atque* correxit, interdum praepositiones assimilat (*affatim*, *afflictatus* etc.), in fine linearum = addidit, si verbum aliquod diremptum erat, supra praepositionem *à* accentum fecit, nonnullis litteris atramentum induxit, in principiis enuntiationum saepe ex litteris minusculis maiusculas fecit, interdum capitum vel particularum initia nota < significavit.

Cum m^3 et m^{rec} nonnullas correctiones praebeant, quae cum G non consentiant, Friebe (in Diss. Regiomontana 1908, p. 108) censet eas ex codice quodam esse, qui 'aut vetustior codice G fuisse aut ex vetustiore ortus esse videtur; nam interdum E^3 et E^{rec} genuinum textum servaverunt, ubi G corruptus est'. at quae Friebe affert, minime probabilia sunt: 14, 19 *elefenor* (*elenor* γ) ex Homero est; 15, 6 *Fylaca* (*pylaca* γ) item ex Homero esse potest, quamquam haec correctio facillime sine Homero inveniri potuit; 15, 9 *guneus* m^3 non solum in Homero sed etiam in quocumque manuscripto familiae γ invenire potuit. insuper virum vel viros doctissimos (familiae Guarnieri) correxisse monendum est, et correctorem Homero usum esse Friebe l. l. adn. 1 ipse concedit[1]). 46, 25 praebet m^3 coniecturam, quae recta videtur: *frustra trito taedione;* sed eandem coniecturam etiam editio Merceri anno 1618 edita habet. si Mercerius hanc coniecturam repperit, ille

1) Friebe praeterea bis erravit: pro 'Annibaldi p. 13' lege 'p. 15sq.'; Annibaldi non dicit m^3 saeculo XV fuisse, sed non ante saeculum XVII.

vir doctissimus reperire non potuit? at repperit ipse? nam editionem Merceri ante m³ fuisse verisimile est. (eratne m³, quae 15, 9 litteris *cho* in *orchomenius* expunctis idem quod Mercerius restituit?)[1])

Nonnullis locis sine ulla dubitatione apparet m³, cum esset viri doctissimi, coniecisse, e. g. 8, 23 *repetens originem* (*ordinem* omnes lbb. et edd.) *omnem maiorum;* 56, 10 *barbari tot iam adversis preliis* (*rebus* lbb., edd.) *fracti legatos indutias postulantes ad Graecos mittunt;* 68, 20 *hostes intentis circa funus nostris* (*detentis* lbb., edd.); 80, 8 *Helenam ... quodam numine cunctorum civium casus* (*animis* lbb., edd.) *sibi etiam laetitia fuisse ...* nonnullis aliis locis correctiones a m³ factae cum γ consentiunt, sed omnibus fere his locis supra correctiones reliquiae litterarum cognoscuntur, ut m³ vel m^rec nihil nisi varias lectiones (de var. lect. cf. supra) in textum inseruisse videantur. ex quibus efficitur cogiturque, ut his correctoribus recentioribus lectiones nobis ignotae alicuius momenti praesto non fuerint.

Saepenumero manu quadam recentiore correctiones ita factas esse, ut aut haudquaquam aut vix cognoscantur, quae antea fuerint, iam supra monui. tamen facillime lectio primae manus iis locis cognoscitur, ubi solum litterae erasae sunt, e. g. 128, 19 *conpar///uerit*, *a* eras. (*comparaverit* t); persaepe in initio vel fine vocis cuiusdam: 111, 27 *quo///*, *d* eras. (*quod* tT) etc.

Quot litteras lineae eius exemplaris, ex quo E transcriptus est, habuerint, intellegitur ex vocibus vel bis scriptis vel extinctis; quorum locorum clarissimus hic est: 71, 20 post *parte* E¹ scripserat *clamantibus*, statim autem delevit: repetivit ergo *reclamantibus*, sine syllaba *re;* vix dubitaveris, quin librarius eam lineam exemplaris iterum scribere coeperit, *re* autem in linea priore fuerit. ex quo

1) 36, 17 sq. Friebe id, quod Annibaldi scribit, non recte interpretatur: nihil nisi uncos ante *quod* et post *proparetis* m³ fecit, *non* ante *omnia* a m² superscriptum est (*non* etiam in SR legitur). item 48, 2: litteram *e* supra *meropo* scripsit iam m². item 65, 7 *Melium* supra *multum* m² (sic etiam Mercerius pro *Mylios* editiones vetustiores Apollonii sequens). item 106, 7 *fastigii* (ex *-um*) m² (*fastigii* etiam G²).

intellegitur illud exemplar his 33 litteris et 6 spatiis *clamantibus ac mox portis ex omne parte* unam lineam explevisse.

Nonnulla menda, quae ipse fecerat, m[1] statim correxit. scholia in margines saeculis XIV et XV addita nullius momenti sunt, cum nihil aliud, nisi '*dictum helenae*' et similia contineant. sed notatu digna sunt haec verba, quae ante capitulum 30 libri II inveniuntur: *hic incipit tertius liber secundum aliqua exemplaria*. re vera in codice P hic liber III incipit: cf. infra p. XXXVIII.

Quamquam inprimis Löfstedt et Friebe docuerunt codicem E non tam bonum esse quam G, tamen veterrimum et optimum manuscriptum familiae ε est, immo hoc uno codice, ut iam supra monui, apparuit duas familias exstare, quarum utramque propriam vim habere.

Bene accidit, quod omnibus fere locis, ubi codice E deserimur, ε restituere possumus. quam ad rem ceteri codices huius familiae prosunt.

V: Codex Vratislaviensis IV Q 47 saeculi XV. cum sit mutilus, habet solum II 3 = 22, 10 *primi* – II 52 = 60, 1 *mandata efficit*, IV 2 = 82, 4 *veliquisque* – V 8 = 109, 17 *ad naves redeunt (abeunt)*, VI 3 = 101, 28 *aequum* (sic!) *fore uti* – VI 7 = 126, 1 *qua tempestate multi*, VI 15 = 132, 11 *Ulixi* usque ad finem.

Meister ceterique, qui editione eius usi sunt, codicem saeculo XIII scriptum esse putabant. sed litterarum formis et aliis indiciis indicatur eum saeculo XV (circiter annum 1450, vix prius) exaratum esse; quod ita se habere mihi ab illo doctissimo et intellegentissimo manuscriptorum existimatore Paul Lehmann, qua est benignitate, affirmatum est.

Codex in bibliotheca universitatis litterarum Vratislaviensis situs ex bello evasit. quae bibliotheca copias faciendas curavit, quas, quamquam codex multis mendis abundat, tamen verbatim contuli, ut compluribus codicibus huius familiae diligenter comparatis eo clarius fiat lectio familiae ε.

Saepe ad margines glossae a viro quodam, qui postea librum legit, adscriptae sunt, quae nihil nisi '*De Sarpe-*

donis adventu in Priami auxilium' (II 11), '*Ulixis oratio'* (II 35), '*Penthesile ab Achille capta'* (IV 3), '*Troianorum fuga'* (ibd.), similia praebent. pauca per notas scripta sunt. fere semper *deinde* (vel *deiñ* = nota pro *deinde*) pro *dein* legitur.

Paucas varias lectiones Meister cognitas habuisse videtur, ne gravissimas quidem in apparatu habet. quae res eo magis improbetur, quod praeter V et P codices familiae ε non novit.

P: Codex Berolinensis Msc. lat. octav. 71 saeculi XV, nunc in bibliotheca universitatis litterarum Tubingensi situs. etiam hunc codicem eadem de causa qua V verbatim contuli.

Textum integrum Dictys continent fol. 2r–84v. epistula fol. 84r–84v legitur, prologus deest, cum codex familiae ε sit. fol. 82v, ubi textus Dictys-Septimii terminatur, librarius hoc subiunxit: *Elius Franciscus Marchisius parthenopeijus hoc opus exemplatum suis manibus reddidit Kalendis Augusti á nativitate domini M°CCCC°LXVIII°*, quae verba nihil dubii relinquunt codicem non saeculo XIII exaratum esse, ut Meister ceterique, qui eum secuti sunt, censuerunt (praeteriitne neglegentia illa verba librarii?). quamquam textus non ab una manu scriptus est, tamen litterarum formis et aliis indiciis evinci totum manuscriptum medio fere saeculo XV in Italia exaratum esse Paul Lehmann me rogante comprobavit. fol. 82v et 83r librarius enumerat, quot naves duces Graecorum secum duxerint (quod est extractum ex I 17). subter quod fol. 83r scripsit: '*Et si aliter in homeri parvi carmine extet summa huius/ plus septem venere rates quam mille ducentae/ huic tamen auctori maior adhibenda est fides'* (in margine *bis* pro *plus*). ille versus est v. 221 Homeri Latini ('Baebii Italici Ilias Latina' = Poetae Lat. min. II 3, ed. Vollmer, Lipsiae 1913). recte autem in Hom. Lat. non *rates* sed *minus* legitur et *bis*, non *plus* (ut in margine codicis P).

Meister dicit se hoc codice usum esse, tamen eum ne inspexisse quidem videtur, nam magna pars, ne dicam maxima pars, variarum lectionum, quas in apparatu cri-

tico praebet, in codice ipso non inveniuntur: e. g. praebet P in epistula *stagno;* ibd. *faven ceptis;* 77, 19 *solitudinis;* 95, 12 *Nerea;* 96, 10 *aggere;* 102, 4 *en umquam;* 103, 11 *mihi;* 107, 16 *troianis sic uti;* 116, 4 *spretisque;* 121, 1 *Pitthei* sive *Thesei* omisit; 127, 21 *in loco* et multa alia. praeterea plurimas varias lectiones, quae in codice reperiuntur, Meister non affert.

Manuscriptum tam multas varias lectiones, quae non familiae ε sed familiae γ sunt, praebet, ut fieri non potest, quin hic codex etiam cum familia γ coniunctus sit (cf. p. XLIII, qua re, cum codex recentiore tempore scriptus sit, non nimis mireris. interdum etiam variae lectiones vel ex ε vel ex γ in margine additae sunt.

Lib. II cap. 30 incipit 'liber III'. qua cum re conferas supra p. XXXVI. liber II ideo divisus videtur, quia nimia longitudine aliis dissimilis est. qua de causa liber III in P liber IV appellatur, sed libri IV et V in unum librum coniuncti sunt ita, ut liber VI eo loco, ubi in ceteris codicibus, incipiat. quo factum est, ut numerus librorum idem sit.

Vincenzo Ussani, La critica e la questione di Ditti alla luce del codice di Iesi, Riv. di Filol. 36, 1908, 1 sqq., alios recentiores codices exposuit, quorum gravissimi hi sunt:

t: Codex Taurinensis A. 155 saeculi XV.

T: Codex Taurinensis A. 266 saeculi XV.

Ussani p. 5—8 ex collationibus suis exempla, quibus lectiones illorum codicum omnibus mendis et erratis additis afferuntur, et p. 12–16 collationes sine rebus vilissimis dedit; sed quod nihil nisi probare voluit codicem E non tanti aestimandum esse quanti Annibaldi putavisset, satis habuit eas tantum paginas, quas Annibaldi contulerat, comparare.

F: Codex Ambrosianus F 131 Sup. saeculi XV, quem Ezio Franceschini in lucem protulit. qui vir doctissimus illa commentatione, quae inscribitur 'Intorno alla tradizione manoscritta di Ditti Cretese' (cf. p. XIXsq.), codicem descripsit (p. 156 adn. 4) et collationes, quas confecerat, edidit (p. 164sqq.).

Codices alios in Italia sitos Franceschini l. l. p. 141 tractavit, ex quo apparet eos codice Aesinati detecto nihil ad textum constituendum praebere.

Hi recentiores codices, cum multae lectiones ex E sumptae esse non possint atque cum verba quaedam, quae E omisit, in iis inveniantur, ex codice E ipso fluxisse non possunt.

De aliis codicibus:

Non pauci alii codices mihi quaerenti illo illustrissimo instituto Parisino 'Centre National de la Recherche Scientifique, Institut de Recherche et d'Histoire des Textes' adiuvante noti sunt, qui recentiores mendis abundantes vere deteriores sunt et ad textum constituendum aut minimum aut nihil valent, velut cd. Florentinus bibl. Riccardianae 662 anno 1464 scriptus; cd. Londinensis Musei Brit. Addit. 15429 saec. XV; cd. Londinensis Musei Brit. Burney 170 saec. XV; cd. Lugdunensis bibl. oppid. 222 (150) saec. XV; cd. Parisinus bibl., quae vocatur 'de l' Arsenal', 947 saec. XV; cd. Parisinus bibl. nat. lat. 5690 saec. XIV; cd. Parisinus bibl. nat. lat. 5691 saec. XIV; cd. Parisinus bibl. nat. lat. 5789 saec. XIV ineuntis; cd Parisinus bibl. nat. lat. 6072 saec. XV; cd. Vaticanus Urbinas lat. 893 saec. XV; cd. Vaticanus Urbinas lat. 1120 saec. XIV; cd. Venetus Musei Correr, Cicogna 885 saec. XV; cd. Vindobonensis bibl. nat. 3155 saec. XV; excerptum bibl. oppid. Bernense 29 saec. XIV; excerptum Leodicum bibl. univ. 63 saec. XVI; excerpta bibl. nat. Parisina lat. 4286 saec. XII exeuntis. complures codices iam Ezio Franceschini (op. cit.) inspexit. codicem deteriorem in bibl. Palatina Parmensi C. M. Piastra detexit: Aevum 27, 1953, 449sq.

Ille codex Parisinus bibl. nat. lat. 5690 supra citatus, qui familiae γ est, quamquam etiam ipse plurimis mendis abundat, tamen eius historia digna est, quae summatim commemoretur (cf. P. de Nolhac, Pétrarque et l'humanisme d'après un essai de reconstruction de sa bibliothèque, Parisiis 1892; G. Billanovich, Petrarch and the Textual Tradition of Livy, Journal of the Warburg and Courtauld Institutes 14, 1951, 137 sqq.). Billanovich demon-

stravit hunc codicem, qui et Dictym et Flori Bellorum Romanorum epitomam et Titi Livi decades primam, tertiam, quartam continet, saeculo XIV ineunte in Gallia compositum adnotationibus instructum esse a Landolfo Colonna, canonico Carnutensi et avunculo cardinalis Giovanni Colonna. Petrarca codicem a Giovanni Colonna ad legendum acceptum anno 1351 emit (fol. 367 ab eo scriptum est: *Emptus Auin[ione] 1351 diu tamen ante possessus*). aliquot annis post codex duci urbis Genuensis, Tommaso di Campo Fregoso, erat, tum eius filio Nicolo, a quo Alphonso Aragonensi regi Neapolis (1453–1458) dono datus est.

DE EDITIONIBVS

Praestantiores editiones, quas fere omnes inspicere potui, hae sunt:

Editio princeps, Coloniae Agrippinae ante 1471.
Editio a Masello Venia Mediolani 1477 edita.
Editio a Francisco Faragonio Messanae 1498 edita.
Editio ab eodem Venetiis 1499 edita.

Editio Cratandrina, Basileae 1529 (8°), quae hoc nomen tenet, quod in officina Cratandri typis expressa est; praeter res viliores cum editione Veneta congruit. – Qua ex editione ortae sunt:

Editiones Basileenses, in quibus editiones anni 1559 et 1578 (fol.). quae editiones Diodorum Siculum in Latinum conversum continent. Dictys, Dares, Triphiodorusque in textum Diodori inserti sunt, cum historia de Troia capta apud Diodorum perdita esset[1]). ergo non ipsius Dictys causa hae editiones confectae sunt, sed ei una cum Darete et Triphiodoro lacuna explenda erat, cum, quod de summa fide veritateque non dubitaretur, Dictys – item Dares –

1) In titulo et alia et haec scripta sunt: '... interiecta vero est Dictys Cretensis et Daretis Phrygii de bello Troiano historia, et Tryphiodori Aegyptij, Ilij excidium, Guilelmo Xylandro interprete, ad supplendam lacunam quinque librorum, qui inter quintum et undecimum desiderantur.'

optimus praeclarissimusque fons esse videretur. prologus ante epistulam et ambo non ante textum Dictys sed in tituli pagina aversa sunt, ubi etiam 'Vita Diodori' legitur; ceterum prologus 'Vita Dictys Cretensis per Septimium' appellatur.

Editio Merceri, Parisiis 1618 (12°) ab Iosia Mercerio (Mercier) edita.

Editio Amstelaedamensis 1631 (16°) ex editione Merceri expressa est.

Editio Obrechti, Argentorati 1691 (8°), a Samuelo Artopoeo edita, quae notas Obrechti, Merceri, Barthi, Paulli Vindingi (Porel Vinding) continet. etiam ideo memoratu digna est, quod textus cum ex editionibus Mediolana et Veneta tum ex codice Argentoratensi anno 1870 flammis correpto (cf. supra p. XXII) sumptus est. additi sunt index Latinitatis et index rerum memorabilium ab Artopoeo confecti.

Editio Amstelaedamensis (Daceria) 1702 (4°) a Ludovico Smids edita Dictym, Daretem, Iosephum Iscanum continet, praeterea notas, quas Anna Daceria (Dacier) anno 1680 suae editioni in usum Delphini factae addiderat. praemissa est 'Iacobi Perizonii (Voorbroek) dissertatio de Dictye Cretensi eiusque interprete Septimio' antea nondum edita; adiectae sunt notae Merceri, Barthi, Obrechti, Vindingi. fundamenta textus huius editionis Editio Cratandrina aut alia Editio Basileensis et Editio Merceri sunt. sola indicem verborum praebet.

Editio Dederichi, Bonnae 1833 (8°), qui ad interpretandum aliquid contribuit. fundamenta textus imprimis G et B, praeterea g et A sunt; sed lectiones persaepe nullam fidem habent.

Novissima haec est:

Editio Meisteri, quam anno 1872 Lipsiae in aedibus B. G. Teubneri Ferdinandus Meister curavit, qui ad textum constituendum solo fere codice G usus est.

Editiones princeps, Merceri, Dederichi, Meisteri omnes familiae γ, editiones Mediolana, Venetae, Cratandrina, Basileenses familiae ε sunt; editio Obrechti quamquam familiae γ est, tamen editionem Venetam contulit.

QVOMODO CODICES INTER SE COHAEREANT

1. Codices Dictys Latini in duas familias discedunt (cf. supra p. XI sqq.).

2. Optimus codex familiae γ Sangallensis 197 (G), familiae ε Aesinas (E) est, qui idem veterrimi codices sunt.

3. Plurimis locis lectiones utriusque familiae aliis codicibus restituere possumus.

4. Ambas familias ex eodem archetypo ortas esse evincere possumus; quo ex archetypo ipso nullum nostrum manuscriptum transcriptum videtur. – Omnes ex eodem archetypo ortos esse hi loci documento sint: mirus consensus omnium codicum 11, 23 *clytio* (*clitio*), quamquam lectio recta veraque *Clonio* non solum in Homeri Iliade II 495 sed etiam apud Septimium ipsum (14, 23) invenitur. 11, 27 et 15, 10 *Orchomenius* pro *Ormenius* omnes codices praebent (sed 11, 25 *Orchomenii* recte). 16, 11sq. omnes codices corrupti sunt: *in lectus qui* (vel *quo*) *virtutis* γ *inlici potuit ut virtutis* ε; lectionem familiae ε coniecturam esse apparet. item 17, 24 omnes codices corrupti sunt. 31, 4 *deinhabitare* pro *dei inhabitare* G et E^1 (*inhabitare*, om. *de* sive *dei*, SHRBtT *deinde habitare* V *habitare* P). 40, 19 in archetypo *auxilio* fuisse constat, cum utraque familia eam vocem hoc loco plane inanem praebeat; ex voce *auxiliorum* sequente huc irrepsisse verisimile est (E sententiam inseruit, ut vocem aliqua adhibere posset; A vocem *auxilio* – si Obrechtus recte legit – non habet, quam librarium coniectura eadem de causa delevisse qua editores verisimillimum est, nam veram lectionem nullo codice nisi hoc traditam esse vix quisquam credat). denique si Dunger, Progr. 1878 p. 38 adn. 1, cui Meister, Philol. 38, 1878, 373 consentit – mihi quoque res ita se habere videtur –, iure affirmat 15, 6 vocem *Argo*, quam nullus codex praebet, addendam esse, etiam hoc loco intellegitur omnes codices originem ab eodem archetypo ducere.

5. Omnes codices transcripti sunt ex codicibus litteris minusculis exaratis.

6. Exemplar familiae γ interdum varias lectiones et glossas habuit. 123, 26 omnes codices familiae γ post *necem* addunt *palamedi;* sed Palamedes filius Nauplii est (ab Ulixe et Diomede necatus II 15), contra Telamonis filius Aiax est, qua de causa Dederich ad locum scripsit: 'Imperitus scholiastes nescivit Telamonis filium fuisse Aiacem'. igitur glossa in textum irrepsit. 22, 21 praebet **G** in textu, *praeteritus*, ad quod in margine manu prima notabatur *vel praepeditus*, codices **SHRB** omissa *praeteritus* voce in textu *vel praepeditus* habent: ergo γ ambas lectiones, quae voce *vel* ut variae lectiones indicatae erant, habuisse videtur; quam rem **G** recte intellexit, sed **SHRB** alteram lectionem una cum voce plane inani *vel* scripserunt. ad 56, 9 v. app. crit.

Illas lectiones, quibus unus vel complures codices, qui a β dependent, cum ε congruunt non certe demonstrare β cum ε aliquo modo coniunctum esse, quia variae lectiones praesto erant, iam supra ostendi (p. XVIII sq.).

7. Etiam ε varias lectiones et glossas habuisse videtur, cf. supra p. XXXIII et adnot. crit. ad 61, 6 et 122, 18 atque ad 71, 15 sq.

8. Quamvis **V** et **P** tam arte inter se cohaereant, ut eos ad idem exemplar a me π nominatum redire haud absurdum videtur, tamen **P** tot locis cum γ consentit, ut non possimus non concludere tales lectiones, quae familiae γ sunt, in textum codicis **P** influxisse.

Illud exemplar familiae γ maxime propinquum fuisse codici **R** apparet multis ex locis, quibus **P** cum codice **R** contra ceteros consentit, e. g. 15, 16 *Omnes numero M·C·XLII* post *XXX* add. **RP**; 23, 23 *instare vel accusare* **RP** pro *incusare;* 92, 4 *animosum suis officiis semper consueverat* (*-suerat* **R**) **RP**.

Tamen **P** ex ipso codice **R** eo hausisse non potest, quod quamquam rarissime tamen non numquam lectiones vel unius vel complurium codicum familiae γ praebet, quae in **R** non insunt, velut 5, 29 *leguntur* **HBP** (*legantur* **R**); 10, 2 *conspectu* σ**AP** (*conspectum* **R** recte); 82, 23 *fuit* σ**P**

(*fit* R recte); 123, 24 *sua* σ B P (*suas* R recte). utrum librarius codicis P ipse manuscripto aliquo familiae γ usus sit an aliud manuscriptum, ex quo P transcriptus sit, illas lectiones praebuerit, non liquet.

V permultis locis mirum in modum cum E consentit, cuius rei apparatus criticus testimonio sit (cf. e. g. 22, 19; 22, 24; 23, 13; 23, 14; 26, 13; 28, 3; 97, 24; 98, 3; 98, 11; 125, 8sq. permultosque alios locos); gravissimum id est, quod in E et V 95, 9–96, 11 desunt (haec pars in E multo postea a librario saeculi XIV vel XV in margine adscripta est). ceterum et P et V optimo iure codices contaminatos appelles[1]).

9. Codices t et T maxime inter se similes coniunctique interdum non easdem lectiones, quae neque menda neque coniecturae librarii esse possunt. ac haec res digna est, quae non neglegatur: nusquam codicem t lectionem familiae γ contra ε secutum esse certo affirmare possumus [2]), codex T autem compluribus locis lectionem familiae γ (contra ε) praebet, e. g. 44, 20 *accipiunt* t E^1 *capiunt* T E^3γ; 45, 24 *quoquam* γT in rasura E^2 *quemquam* t; 66, 11 *stantes* E t *instantes* γT etc. quod duabus de causis factum esse potest: aut a) si – ut adhuc viri docti putaverunt – t et T (qui familiae ε sunt) ex eodem exemplari transcriptos esse credimus, nobis confirmandum est hoc exemplar varias lectiones habuisse [3]), sed solum T lectiones cum γ congruentes secutum esse aut casu aut quod lectiones inter lineas vel in margine scriptas praetulit, aut b) T exemplari quodam, quod codice familiae γ correctum erat, usus est (τ). quod exemplar utrum idem fuerit quod illud, ex quo t transcriptus sit, interea autem correctum, an – quod mihi verisimilius, cum t et T fere eodem tempore scripti sint, videtur – aliud exemplar, quod correctiones ex codice quodam familiae γ haustas habuerit, vile est. qua de re iudicare non possumus, nisi forte exemplar, ex

1) cf. etiam Timpanaro l. l. (p. XI) 329.

2) 83, 1 (*quos* om. E^1 [corr. E^2!] et T, habent γ et t) non valet, quod emendatio necessaria, non varia lectio vera est; ultro -*quos* (vocis *reliquos*) antecedit: E^1 igitur unam duarum syllabarum *quos* omiserat.

3) Id quamquam inevitabile videtur, tamen non concludebatur.

quo t aut T transcriptus est, inventum erit. – quaerenti utrum a) aut b) mihi verisimilius esse videatur, respondeam me b) longe verisimilius habere.

10. **SHRB** inter se coniunctos esse evincitur multis ex locis, e.g. 93, 10 *vadit* **GE**[1] *contendit* **SHRBE**[2]; 94, 24–95, 1 *pavere* usque ad *miles* omisit **G** *maxime* usque ad *pararetur* omiserunt **SHRBg**; 100, 9 *Laomedontem genuisse ex* omisit **G** *genuisse ex Laomedonte* omiserunt **SHRB**; 121, 3 *qui mare ins. suorum* omisit **G**, sed **SHRB** *mare ins. suorum* solum omiserunt. ex quibus et aliis locis intellegitur codices **SHRB** ex eodem exemplari, quod β appello, oriundos esse. tamen **SHB** artius inter se cohaerere ex permultis locis apparet, velut – ut pauca exempla afferam – 51, 27 *in arma* **SHB**, *in armis* **R** (et **P**); 64, 22 *oppeteret* **SHB**, *obtereret* **R** (et **gP**); 80, 1 *valide tradidisse in id dextram dedisse* **SHB**, *Idae trad. et in id d. d.* **R** (et **P**): et dissentiunt lectionibus *valide* – *Idae* et consentiunt eo, quod *id dextram dedisse* addunt. qui loci etiam argumento sint, codicem **R** non solum ea causa interdum aliam lectionem praebere ac **SHB**, quod aliquo modo cum ε coniunctus est (cf. p. XX sq.). supra demonstravi inter **R** et β aliud manuscriptum quoddam (ρ) ponendum esse (p. XXI).

11. **S** et **H** inter se tam similes esse, ut eos ex eodem exemplari (σ) fluxisse appareat, supra docui (p. XVIII).

12. **Fragmenta Reichenaviensia** maxime propinqua esse Sangallensi **G** supra demonstravi (p. XVI), quod, cum utrumque veterrimum manuscriptum familiae γ sit, mirum non videatur.

Cum omnibus fere locis lectiones familiarum γ et ε restituere possimus, saepe duae lectiones nobis praesto sunt, quarum utraque sincera esse potest. hac in editione iis locis – quos non paucos esse apparatus criticus docet –, quibus utraque lectio eadem praestantia esse videtur, lectionem familiae γ in textum recepi ob hanc rem, quod lectionibus discrepantibus γ (vel **G**) saepius meliorem textum praebet. (ad hanc rem cf. etiam Friebe op. cit. et Löfstedt op. cit.)


Lectiones codicum veterum, imprimis codicum G et E quam maxima fide diligentiaque notavi. menda orthographica viliora, ut aequum est, rarissime rettuli; non saepius, utrum exitus casus accusativi verborum Graecorum in -m an -n (e. g. *Achillem* aut *Achillen*) cadat. et ordinem vocabulorum mutatum et utrum *neque* an *nec*, *nihil* an *nil* (*nihil* a librariis praefertur), *deinde* an *dein* (B semper fere *deinde* praebet), *adversus* an *adversum*, *hiis* an *iis* an *his*, *uti* an *ut* legatur imprimis tum notare non solebam, cum codices recentiores tales lectiones varias praebent.

Valde dubites, utrum *adgredi* an *aggredi* scribendum sit, cum plurimi codices familiae γ ubique *aggr-* praebeant, familiae ε autem *adgr-* praeter 21, 31, ubi γ *adgr-*, ε autem *aggr-* habent. cum librariis forma *aggr-* usitatior fuerit, verisimile est eos facilius per errorem *aggr-* quam *adgr-* scripsisse. eorum auctorum priorum temporum, quos Septimius imitari studuit, Vergilius, Livius, Tacitus, Nepos ubique fere, Cicero plerumque *adgr-* scripsisse videntur, si codicibus credere licet; Sallusti autem, quem Septimius praeter ceteros secutus est, codices Parisini et Lipsienses *adgr-*, ceteri *aggr-* praebere solent (qua de causa Eussner et Ahlberg ubique *aggr-*, Dietsch *adgr-*, Ernout plurimis locis *aggr-*, nonnullis *adgr-* in textum receperunt). igitur etiam Septimius vel semper vel plerumque *adgr-* scripsisse videtur. similia etiam de ceteris litterarum adtractionibus dici possunt.

Adn. 2) ad p. XXXII:

Ea ratio mihi probabilior videtur quam illa opinio difficillima creditu a Lenchantin (p. VIIIsqq.) exprompta paginas aetate renascentium litterarum non ex Hersfeldensi ipso sed fortuito ex codice quodam Hersfeldensi mirum in modum simillimo exaratas esse. in transcribendo autem nonnullae lectiones in margine scriptae (quae re vera fuisse inter omnes constat) in textum receptae esse possunt. talia etiam in additamento *et moribus*, quod in controversia virorum doctorum est (cf. Till l. l. p. 23sq.; contra Till Lenchantin p. X) fortasse valeat. si recte iudicavi, argumenta et quae Till et quae Lenchantin de Gubernatis afferunt contraria non sint, sed inter se conveniant et alia alia compleant.

Stemma codicum



CONSPECTVS SIGLORVM

G: Codex Sangallensis 197 saec. IX vel X
S: Codex Argentoratensis 14 saec. XI
H: Codex Bruxellensis 3920–3923 saec. XI
R: Codex Ambrosianus C. 72 Inf. saec. XI/XII
B: Codex Bernensis 367 saec. XIII
g: Codex Sangallensis oppidanus saec. XV
A: Codex Argentoratensis incertae, sed posterioris aetatis (anno 1870 flammis interiit)
frg. Reich: Fragmenta Reichenaviensia saec. IX

E: Codex Aesinas saec. IX ineuntis
E manus recens (fol. 2–4, 9–10, 51)
E manus recens (fol. 1)
E^{r} manus recens (fol. 38v in margine)
V: Codex Vratislaviensis IV Q 47 saec. XV
P: Codex Berolinensis Msc. lat. octav. 71 saec. XV
t: Codex Taurinensis A. 155 saec. XV
T: Codex Taurinensis A. 266 saec. XV
F: Codex Ambrosianus F. 131 Sup. saec. XV
K: Codex Vaticanus Latinus 1860 saec. XIV

γ: Consensus codicum familiae γ
β: Consensus codicum SHRB
σ: Consensus codicum SH
ε: Consensus codicum familiae ε
π: Consensus codicum VP
τ: Consensus codicum tT

ϰ: Gemellus codicis K deperditus

ABBREVIATIONES

add.	=	addit, -unt, addidit, -erunt
adsent.	=	adsentitur, adsentiente
cd.	=	codex; *cdd.* = codices
cf.	=	confer
coni.	=	coniecit, -erunt; coniectura
corr.	=	correxit, -erunt, correctum est (in)
ctt.	=	ceteri
del.	=	delevit, -erunt
ed.	=	editio; *edd.* = editiones, editores; *edd. vett.* = editiones veteres
eras.	=	erasit, -erunt, erasum est (in)
exp.	=	expunxit, -erunt
fort.	=	fortasse
hab.	=	habet, -ent
in app.	=	in apparatu
in mg.	=	in margine
in ras.	=	in rasura
inser.	=	inseruit, -erunt, insertum est (in)
l.	=	linea
lac.	=	lacuna
lb.	=	liber; *lbb.* = libri
lit.	=	litura
l. l.	=	loco laudato
m.	=	manus
om.	=	omisit, -erunt, omissum est (in)
p.	=	pagina
plur.	=	plurimi, -ae
pos.	=	posuit, -erunt, positum est (in)
prob.	=	probat, probante
revoc.	=	revocavit
sim.	=	similia, similiter
scr.	=	scripsit, -erunt
sscr.	=	superscripsit, -erunt, superscriptum est (in)
sq.	=	sequens; *sqq.* = sequentes
suspic.	=	suspicatur, -antur
transpos.	=	transposuit, -erunt; transpositio
v.	=	vide
veris.	=	verisimile

// hoc signo rasura notatur.
m^1 = manus prima (= librarius ipse), m^2 = manus secunda (= primus corrector) ..... m^{rec} = manus recens; non aliter E^1, E^2 .....
in mg.: intellegas variam lectionem aut glossam in margine scriptam esse. sin autem corrector quidam verba, quae in textu omissa erant, ad marginem adiecit, id in apparatu declaravi.
sed corr.: nisi indicavi, qua manu textus correctus sit (velut 'cuius *sed corr.* E'), id cognosci non potest; quod persaepe accidit, si ab correctore quodam aliquid rasura deletum est.

NOMINVM ET LIBRORVM COMPENDIA

Editiones: v. etiam p. XL sq.

adn. cr. = Eisenhut, Werner. Textkritische Anmerkungen zur Ausgabe des Dictys-Septimius (quas mox imprimendas spero).

Ann. = Annibaldi, Cesare. L'Agricola e la Germania di Cornelio Tacito nel ms. Latino n. 8 della biblioteca del Conte G. Balleani in Jesi. Città di Castello 1907.

Br. = Brünnert, Gustav. Sprachgebrauch des Dictys Cretensis. Progr. Erfurt 1894.

Cl. = Clark, R. T. Notes on Dares and Dictys. Class. Quarterly 8, 1914, 17 sqq.

Cr. = Crönert, Wilhelm. censura editionis papyrorum ad Tebtunim repertarum a Grenfell-Hunt curatae (v. *G.-H.*). Litt. Zentralblatt 1907, 1376.

De. = Dederich, Andreas. Dictys Cretensis sive Lucii Septimii Ephemeridos belli Troiani libri sex. Bonnae 1833.

Du. = Dunger, Hermann. Dictys-Septimius, Über die ursprüngliche Abfassung und die Quellen der Ephemeris belli Troiani. Progr. des Vitzthumschen Gymn. Dresden 1878.

Eis. = Eisenhut, Werner. Zum neuen Diktys-Papyrus. Rhein. Museum 112, 1969, 114 sqq.

Fra. = Franceschini, Ezio. Intorno alla tradizione manoscritta di Ditti Cretese. Atti del Reale Istituto Veneto di scienze, lettere ed arti 1937/38, Tomo XCVII, Venezia 1937, 141 sqq.

Frie. = Friebe, Ricardus. De Dictyis codice Aesino. Diss. Regiomonti 1909.

Fu. = Fuchs, Josef Anton. De varietate fabularum Troicarum quaestiones. Coloniae Agrippinae 1830.

G.-H. = The Tebtunis Papyri Part II ed. by B. P. Grenfell and A. S. Hunt with assistance of E. J. Goodspeed. (Univ. of California Publ. Graeco-Roman Archäol. vol. II.) London-Oxford-NewYork 1907.

Gr. = Greif, Wilhelm. Neue Untersuchungen zur Dictys- und Daresfrage. Progr. Andreas-Realgymn. Bln. 1900.

Gri. = Griffin, Nathaniel E. The Greek Dictys. Amer. Journal of Philol. 29, 1908, 329sqq.

Hei. = Heinsius, Nicol. in suis commentariis ad Ovidium, Vergilium, Velleium Paterculum.

Ihm = Ihm, M. Der griechische und lateinische Diktys. Hermes 44, 1909, 1sqq.

Ihm A. = Ihm, M. censura libri ab Annibaldi editi (v. *Ann.*). Wochenschrift für klass. Philol. 23, 1907, 1145sqq.

Ihm L. = Ihm, M. censura commentationis a Löfstedt scriptae (v. *Lö.*). Wochenschrift für klass. Philol. 24, 1908, 15sqq.

La. = Lackner, R. De casuum temporum modorum usu in ephemeride Dictys-Septimii. Comm. Aenipontanae 2, 1908.

Lö. = Löfstedt, Einar. Die neue Dictyshandschrift. Eranos 7, 1907, 44sqq.

Lö. C. = Löfstedt, Einar. Coniectanea. Stockholm 1950.

Lö. S. = Löfstedt, Einar. Syntactica. I² Lund 1942; II Lund 1933.

Lö. St. = Löfstedt, Einar. Vermischte Studien zur lateinischen Sprachkunde und Syntax. Skrifter utgivna av Kungl. Humanistiska Vetenskapssamfundet i Lund, XXIII, 1936.

Mei. = Meister, Ferdinandus. Dictys Cretensis ephemeridos belli Troiani libri sex. Lipsiae 1872.

Mei. Eph. = Meister, Ferdinand. Zur Ephemeris belli Troiani. Philologus 38, 1879, 373sqq.

Mei. F. = Meister, Ferdinand. censura dissertationis a Friebe scriptae (v. *Frie.*). Berl. philol. Wochenschrift 31, 1911, 71sqq.

Mer. = Mercerius in apparatu editionis suae et in notis editionis Obrechti (v. p. XLI).

Obr. = Obrechtus, Ulricus. in sua editione (v. p. XLI).

Or. = Orelli; Dictys Cretensis et Dares Phrygius ex nova recensione Io. Casp. Orellii cum var. lect. Codd. Sangallensium et Bernensis atque edd. vett. Accedunt Wopkensii Animadvv. et Glossarium Septimianum. Turici 1830.

Oud. = Oudendorpius, Fr. in commentariis ad Apuleium, Suetonium, Caesarem, Velleium Paterculum.

Pa. 1903 = Patzig, Edwin. Das Trojabuch des Sisyphos von Kos. Byzant. Zeitschr. 12, 1903, 231sqq.

Pa. 1908 = Patzig, Edwin. Das griechische Dictysfragment. Byzant. Zeitschr. 17, 1908, 382sqq. (aliae commentationes, quas Patzig de Dictye scripsit, in illa ephemeride, quae Byzantinische Zeitschrift appellatur, identidem ab vol. 1, 1892 inveniuntur.)

Pei. = Peiper, Leo Rudolf. in apparatu editionis Meisteri (v. *Mei.*).

Per. = Perizonius, Jacobus. Dissertatio de Dictye Cretensi et eius interprete Septimio. accessit ad editiones Amstelaedamensem (1702) et Dederichi (1833).

Ro. = Rohde, Erwin. Zu Dictys Cretensis. Philologus 32, 1873, 749sqq.

Sch. = Schubart, Wilhelm. censura editionis papyrorum ad Tebtunim repertarum a Grenfell-Hunt curatae (v. *G.-H.*). Gött. Gel. Anz. 1908, 187sqq.

Timp. = Timpanaro, Sebastiano. Per la critica testuale dell' Ephemeris di Ditti-Settimio. Lanx satura Nicolao Terzaghi oblata. Univ. di Genova Fac. di Lett., Ist. di Filol. class. e medioev. 1963.

Uss. = Ussani, Vincenzo. La critica e la questione di Ditti alla luce del codice di Jesi. Rivista di Filol. 36, 1908, 1sqq.

Vie. = Viereck, Paul. censura editionis papyrorum ad Tebtunim repertarum a Grenfell-Hunt curatae (v. *G.-H.*). Berl. philol. Wochenschr. 28, 1908, 773sqq.

Vind. = Vindingius, Paullus. in notis editionum Obrechti (1691) et Amstelaedamensis (v. p. XLI).

Wass. = Wasseus, Jos. in commentariis ad complures scriptores.

Wopk. = Wopkensius, Thom. Animadversationes et Glossarium Septimianum in editione Orellii (v. *Or.*).

Wü. = Wünsch, R. censura libri ab Annibaldi editi (v. *Ann.*). Berlin. philol. Wochenschrift 27, 1907, 1026.

EPISTVLA

(L.) SEPTIMIVS Q. ARADIO RVFINO SALVTEM

Ephemeridem belli Troiani Dictys Cretensis, qui in eạ militia cum Idomeneo meruit, primo conscripsit litteris Punicis, quae tum Cadmo et Agenore auctoribus per Graeciam frequentabantur. deinde post multa saecula collapso per vetustatem apud Gnosum, olim Cretensis regis sedem, sepulchro eius, pastores cum eo devenissent, forte inter ceteram ruinam loculum stagno affabre clausum offendere ac thesaurum rati mox dissolvunt. non aurum neque aliud quicquam praedae, sed libros ex philyra in lucem †prodierunt†. at ubi spes frustrata est, ad Praxim dominum loci eos deferunt, qui commutatos litteris Atticis, nam oratio Graeca fuerat, Neroni Romano Caesari obtulit, pro quo plurimis ab eo donatus est. nobis cum in manus forte libelli venissent, avidos verae historiae cupido incessit ea, uti erant, Latine disserere, non magis confisi ingenio, quam ut otiosi animi desidiam discuteremus. itaque

Epistulam habet ε (*in libri fine* **P**), *abest in* γ. *in* **E** *bis invenitur* (*fol. 1r* [= ***E'***] *et 3r* [= ***E***]; *de qua re cf. p. XXVII sqq.*). Septimius Q Rufino salutem ***EE'*** Septiminus Q. Aradio S. D. *ed. Mediol. 1477* Septimius Q. Aradio S. D. **P** *ed. Venet. (Faragonii)* L. Septimius Q. Aradio S. D. *plur. edd.; praenomen Septimii ex cd.* **A**, *in quo epistula deerat, sed libro V et VI* L. Septimii etc. *praescriptum legebatur. in edd. Crat. et Mer. praenomen Septimii est* Quintus. Rufinus *non* Aradius *ad finem epistulae legitur.* || **1** Ephemerida *multae edd.* || **2** et Merione *post* Idomeneo *add. in mg.* ***E***rec | primo *om. edd.* || **3** Agenore] Damno **F** || **5** cum lapso **F** | apud *om.* **F** | gnosion **F** Gnoson **P** | olim *om.* **E** || **6** regis *lbb.* regni *edd.* || **7** stanno *edd.* stagnum **F** *cf. 2,16* || **8** affabre ***E*** adfabre ***E'*** a fabre **F** a fabro **P** || **9** nec *edd.* | aliud *om.* **P** || **10** prodituri **P** *sive* producturi *edd.* || **11** Prasim **P** | eos *om.* **F** || **14** libelli forte ***E*** **P** || **15** avidis *multae edd. ex* -os **P** || **16** non *om. lbb.* | magisquam ***E'*** magisque ***E*** || **17** quam *om. lbb.*

priorum quinque voluminum, quae bello contracta gestaque sunt, eundem numerum servavimus, residua de reditu Graecorum quidem in unum redegimus atque ita ad te misimus. tu, Rufine mi, ut par est, fave coeptis atque in legendo Dictym ...

PROLOGVS

Dictys, Cretensis genere, Gnoso civitate, isdem temporibus, quibus et Atridae, fuit, peritus vocis ac litterarum Phoenicum, quae a Cadmo in Achaiam fuerant delatae. hic fuit socius Idomenei, Deucalionis filii, et Merionis ex Molo, qui duces cum exercitu contra Ilium venerant, a quibus ordinatus est, ut annales belli Troiani conscriberet. igitur de toto bello novem volumina in tilias digessit Phoeniceis litteris. quae iam reversus senior in Cretam praecepit moriens, ut secum sepelirentur. itaque, ut ille iusserat, memoratas tilias in stagnea arcula repositas eius tumulo condiderunt. verum secutis temporibus, tertio decimo anno Neronis imperii, in Gnoso civitate terrae motus facti cum multa, tum etiam sepulchrum Dictys ita patefecerunt, ut a transeuntibus arcula viseretur. pastores itaque praetereuntes cum hanc vidissent, thesaurum rati sepulchro abstulerunt. et aperta ea invenerunt tilias incognitis sibi litteris conscriptas continuoque ad suum dominum, Eupraxidem quendam nomine, pertulerunt. qui agnitas,

3 quidem *edd. vett.* quinque *lbb.* quatuor *De., Mei.* | ita *om.* F || 5 atque in legendo Dictym *om. edd.* | *finis epistulae interiit.* || *Prologum habent* γ*E* (*fol. 2v; in libri fine* R) *abest in* ε || 6 de civ. gnoso RB || 7 atrides B*E* | vocis: notis *in mg.* *E*[rec] | litteris *lbb. praeter* B *v. adn. cr.* || 8 a Cadmo in Achaiam] a Cathina[.] Cilla *E* || 9 socius] filius *E* || 10 Molo] tinolo B || 11 venerunt BH | ordinatum *E* | et B[1] ut *sscr.* B[2] || 12 hoc *post* toto *add.* HRB*E* | novem *De., Mei.* sex *lbb.* ἐννέα *Eudokia* ϑ′ *Suda* || 13 tybias *E* *idem 2, 15; 2, 22* || 16 stannea *edd. cf. 1, 7* | tumulo *om.* H | condidere R || 18 imperatoris *E* | in *om.* *E* || 19 tum etiam] fractione *E* || 21 transeuntibus *post* thes. *add.* H || 24 cognitas *E*

quaenam essent, litteras Rutilio Rufo, illius insulae tunc consulari, obtulit. ille cum ipso Eupraxide ad Neronem oblata sibi transmisit existimans quaedam in his secretiora contineri. haec igitur cum Nero accepisset advertissetque Punicas esse litteras, harum peritos ad se evocavit. qui cum venissent, interpretati sunt omnia. cumque Nero cognosset antiqui viri, qui apud Ilium fuerat, haec esse monumenta, iussit in Graecum sermonem ista transferri, e quibus Troiani belli verior textus cunctis innotuit. tunc Eupraxidem muneribus et Romana civitate donatum ad propria remisit. annales vero nomine Dictys inscriptos in Graecam bibliothecam recepit, quorum seriem, qui sequitur, textus ostendit.

LIBER PRIMVS

1. Cuncti reges, qui Minois Iove geniti pronepotes Graeciae imperitabant, ad dividendas inter se Atrei opes Cretam convenere. Atreus namque ex Minoe postrema sua ordinans, quicquid auri atque argenti, pecorum etiam fuit, nepotibus, quos filiae genuerant, ex aequo dividendum reliquerat, excepto civitatum terrarumque imperio; haec quippe Idomeneus cum Merione, Deucalionis Idomeneus, alter Moli, iussu eius seorsum habuere. convenere autem Clymenae et Naupli Pala-

1 Rutilo RH*E* || **1.2** tunc *ante* illius *transpos.* R || **2** consule B[1] *corr.* B[2] | ipso *om.* HRB*E* || **3** sibi obl. *E* | transmittit *E* | in his quaedam *E*B || **4** igitur] autem HR*E* || **5** pheniceas *E* | esse *om.* *E* | peritus H || **6** pervocavit *E* vocavit H | cum ven.] conven. B || **7** cumque *eras.* *E* | cognovisset HR*E* || **8** fuerant *ex* -unt G[2] | haec *om.* H || **9** ista *om.* H | e] a *E* || **10** cunctis *om.* RBH*E* || **11** et] e G | ad pr. rem. *om.* R || **16** imperabant *E'* || **17** conven. cretam *E'* || **18** sua] eorum (sua *in mg.* *E*) *EE'* | quid G[1] *corr.* G[2] || **19** fuerat *EE'*P || **21.22** cum Mer. Deuc. Idom. *om.* B || **22** et *post* Deuc. *add.* *E*P | mollis *E'* mollius (*ex* moli P) PF || **23** Idomene *sed sscr.* clymenae *E* | filius *post* Naupli *add.* *EE'*F

medes et Oeax. item Menelaus, Aeropa et Plisthene genitus, a qua Anaxibia soror, quae eo tempore Nestori denupta erat, et Agamemnon maior frater, ut vice sua in divisione uteretur, petiverant. sed hi non Plisthenis, ut erat, magis quam Atrei dicebantur, ob eam causam, quod, cum Plisthenes admodum parvis ipse agens in primis annis vita functus, nihil dignum ad memoriam nominis reliquisset, Atreus miseratione aetatis secum eos habuerat neque minus quam regios educaverat. in qua divisione singuli pro nominis celebritate inter se quisque magnifice transiere.

2. Ad eos re cognita omnes ex origine Europae, quae in ea insula summa religione colitur, confluunt benigneque salutatos in templum deducunt. ibi multarum hostiarum immolatione more patrio celebrata exhibitisque epulis largiter magnificeque eos habuere itemque insecutis diebus. reges Graeciae etsi ea, quae exhibebantur, cum laetitia accipiebant, tamen multo magis templi eius magnifica pulchritudine pretiosaque exstructione operum afficiebantur, inspicientes repetentesque memoria singula, quae ex Sidona a Phoenice, patre eius, atque nobilibus matronis transmissa magno tum decori erant.

3. Per idem tempus Alexander Phrygius, Priami

1 aiax γ *E*P eas *E'*F *corr. Mer.* | *post* aiax *sive* eas *add.* dyctys (dy- *ex* di-) ex creta eida G dictus ex creteida RB dyctis (dictis HF dictus *super* Dictys *E*) ex craetae (Cretae *E*P crete HF) ida (yda P) H*EE'*PF | europa *lbb.*; *corr. edd. vett.* | Plisthene *om. sed lac. E'* || **2.3** nestoridi nupta G || **3** viro *(?)* suo *E'* iure (vice *sscr.* E^{rec}) suo (a *sscr.* E^{rec})*E*P || **4** sua *post* divis. *add.* H | petiverat *EE'* | non *om.* β *exp. E* in G || **5** erant *E*PF || **6** quo *EE' corr.* E^{rec} | parvus *lbb. praeter* g *v. adn. cr.* || **7** est *post* functus *add.* γ *sscr.* P || **10** in γ || **11** transire B^1 *corr.* B^2 transiere: *exp. et* transigere *in mg.* P^{rec} transegere *EE'*F || **12** adeo *super* Ad eos *scr.* E^{rec} || **13** insula *om.* B | cum *post* summa *add.* R || **14** ducunt *EE'* || **14.15** host. mult. G || **15** celebrato F || **15.16** exhibentesque epulas *EE' corr.* E^{rec} exibitesque epulas F || **17** atrei gratia γ *super* reges gr. *scr.* E^{rec} at reg. Gr. *Obr.* at rerum Gr. *Cl. 19* || **20** reponentesque β*EE'*P *corr.* E^{rec} || **21** sidone β *v. adn. cr.* | a *om. EE' corr.* E^{rec} || **22** patri *E corr.* E^{rec} | matronis *eras. E'* || **23** cum *E*H | decore *E*

filius, Aenea aliisque ex consanguinitate comitibus, Spartae in domum Menelai hospitio receptus, indignissimum facinus perpetraverat. is namque, ubi animadvertit regem abesse, quod erat Helena praeter ceteras Graeciae feminas miranda specie, amore eius captus ipsamque et multas opes domo eius aufert, Aethram etiam et Clymenam, Menelai adfines, quae ob necessitudinem cum Helena agebant. postquam Cretam nuntius venit et cuncta, quae ab Alexandro adversum domum Menelai commissa erant, aperuit, per omnem insulam, sicut in tali re fieri amat, fama in maius divulgatur: expugnatam quippe domum regis eversumque regnum et alia in talem modum singuli disserebant.

4. Quis cognitis Menelaus, etsi abstractio coniugis animum permoverat, multo amplius tamen ob iniuriam adfinium, quas supra memoravimus, consternabatur. at ubi animadvertit Palamedes regem ira atque indignatione stupefactum consilio excidisse, ipse naves parat atque omni instrumento conpositas terrae adplicat. dein pro tempore regem breviter consolatus, positis etiam ex divisione quae in tali negotio tempus patiebatur, navem ascendere facit atque ita ventis ex sententia flantibus paucis diebus Spartam pervenere. eo iam Agamemnon et Nestor omnesque, qui ex origine Pelopis in Graecia regnabant, cognitis rebus confluxerant. igitur postquam Menelaum advenisse sciunt, omnes in unum coeunt. et quamquam atrocitas facti ad indignationem ultumque iniurias rapiebat, tamen ex consilii sententia legantur prius ad Troiam Palamedes,

1 Aenea *om.* βP | aliisque] aliis cum *(cum signis transpos.)* ***E*** cum aliis R | ex *om.* H | sangu. R || 2 domo ***E***P | susceptus (re *sscr.* P[rec]) ***E***P || 3 ubi] ut ***E*** || 4 ceteras *om.* ***E*** || 6 ipsam ***E***P | ethranG *om.* HB || 7 etiam *om.* ***E*** *sscr.* ***E***[rec] | Dimeam ***E*** || 8 -tudinem *in ras., post quod* quandam *sscr.* ***E*** necessitate quandam cum R || 11 amat] solet ***E*** | in maius *om.* ***E*** | divulgat R || 16 commemoravimus ***E*** | consternebatur GR***E***P || 19 completas ***E*** || 20 rege R | impositis *Per.; sed cf. Lö. St. 122* || 21 tempus *om.* HB | tempus patiebatur *in ras.* ***E*** | patiebantur βP || 22 atque ita] itaque ***E*** | ex sent. vent. β***E***P || 25 rogabant H || 26.27 sciunt – quamquam *in ras. cum multis abbrev.* ***E*** || 28 rapiebatur P || 29 leguntur HBP

Ulixes et Menelaus hisque mandatur, uti conquesti iniurias Helenam et quae cum ea abrepta erant repeterent.

5. Legati paucis diebus ad Troiam veniunt. neque tamen Alexandrum in loco offendere; eum namque properatione navigii inconsulte usum venti ad Cyprum appulere. unde sumptis aliquot navibus Phoenicem delapsus Sidoniorum regem, qui eum amice susceperat, noctu insidiis necat, eademque, qua apud Lacedaemonam, cupiditate universam domum eius in scelus proprium convertit. ita omnia, quae ad ostentationem regiae magnificentiae fuere, indigne rapta ad naves deferri iubet. sed ubi ex lamentatione eorum, qui casum domini deflentes reliqui praedae aufugerant, tumultus ortus est, populus omnis ad regiam concurrit. inde, quod iam Alexander abreptis, quae cupiebat, ascensionem properabat, pro tempore armati ad naves veniunt ortoque inter eos acri proelio cadunt utrimque plurimi, cum obstinate hi regis necem defenderent, hi, ne amitterent partam praedam, summis opibus adniterentur. incensis deinde duabus navibus Troiani reliquas strenue defensas liberant. atque ita fatigatis iam proelio hostibus evadunt.

6. Interim apud Troiam legatorum Palamedes, cuius maxime ea tempestate domi belloque consilium valuit, ad Priamum adit conductoque consilio primum de Alexandri iniuria conqueritur, exponens conmunis hospitii eversionem, dein monet, quantas ea res inter duo regna simultates concitatura esset, interiaciens memoriam discordiarum Ili et Pelopis aliorumque, qui ex causis similibus ad internecionem gentium usque pervenissent. ad postremum belli difficultates contraque

4 eum] Tum γF || 5 usi venti G usi ventis β *v. adn. cr.* || 8 nocte βP | Eadem *E corr. E*[rec] | Lacedaemoniam R Lacedemona *E cf. 11, 3* || 9 eius *om. E* | propriam σ prope *E* proprium *sscr. E*[rec] || 10 Itaque B || 11 capta P || 13 reliquum *E* reliqui qui B | aufugerunt *E* || 15 cupierat *edd.* || 16 praeparabat σ | Sydones *post* armati *add. E* || 17 Orto *sed corr.* G | utrumque H utramque *sed corr.* G || 18 hi] in *vel* vi R || 19 partam *om.* β || 24 domique H | belloque *ut semper E* bellique (o *sscr.* P) γP || 25 ad *om. E* | condictoque *E om.* P || 27 movet B || 28 interiacens *E* || 29 discordiarum Ili] discordia rumuli σ | Ilii *E* || 30 internitionem R*E*P | usque gent. G

pacis commoda adstruens non se ignorare, ait, quantis mortalibus tam atrox facinus indignationem incuteret; ex quo auctores iniuriae ab omnibus derelictos impietatis supplicia subituros. et cum plura dicere cuperet, Priamus medium eius interrumpens sermonem: parcius quaeso Palamede, inquit. iniquum etenim videtur insimulari eum qui absit, maxime cum fieri possit, uti, quae criminose obiecta sunt, praesenti refutatione diluantur. haec atque alia huiusmodi inserens differri querelas ad adventum Alexandri iubet. videbat enim, ut singuli, qui in eo consilio aderant, Palamedis oratione moverentur, ut taciti, vultu tamen admissum facinus condemnarent, cum singula miro genere orationis exponerentur atque in sermone Graeci regis inesset quaedam permixta miserationi vis. atque ita eo die consilium dimittitur. sed legatos Antenor, vir hospitalis et praeter ceteros boni honestique sectator, domum ad se volentes deducit.

7. Interim paucis post diebus Alexander cum supra dictis comitibus venit Helenam secum habens. cuius adventu, tota civitas cum partim exemplum facinoris exsecrarentur, alii iniurias in Menelaum admissas dolerent, nullo omnium adprobante, postremo cunctis indignantibus tumultus ortus est. quis rebus anxius Priamus filios convocat eosque, quid super tali agendum negotio videretur, consulit. qui una voce minime reddendam Helenam respondent. videbant quippe, quantae opes cum ea advectae essent; quae universa, si Helena traderetur, necessario amitterent. praeter ea permoti forma mulierum, quae cum Helena venerant, nup-

1 ait *om.* ***E*** *inser.* E^{rec} || **3.4** derelicti ... subituri essent ***E*** || **4** et *om.* ***E*** || **6** Palamedes E || **8** obi. sunt] obiectas B | praesentis *in ras.* E^{2} *Per. prob. Wopk. om.* γ *cf. Lö. 46* | deluantur σ || **15** miserationis (s *eras. in* E) *lbb. praeter* F *cf. Lö. 46 sq.* || **16** dirimitur E || **17** praeter] post σ || **19** post *om.* EF || **20** venit] revertitur EPF *cf. 101, 8; Lö. C. 98 sq.* || **20.21** adventum ... exemplo βgP || **21** in tota civitate A *edd. Princ. et Obr.* | execraretur EP || **24** quibus *ut persaepe* EPR *cf. Lö. 51; Frie. 28* || **28** adductae E^{1}τF *corr.* E^{2} || **29** redderetur P | commoti E

tias sibi singularum iam animo destinaverant, quippe qui lingua moribusque barbari nihil pensi aut consulti patientes praeda atque libidine transversi agebantur.

8. Igitur Priamus relictis his senes conducit, sententiam filiorum aperit, dein cunctos, quid agendum esset, consulit. sed priusquam ex more sententiae dicerentur, reguli repente consilium inrumpunt atque inconditis moribus malum singulis minitantur, si aliter, quam ipsis videretur, decernerent. interim omnis populus indigne admissam iniuriam atque in hunc modum multa alia cum exsecratione reclamabant. ob quae Alexander cupidine animi praeceps veritus, ne quid adversum se a popularibus oriretur, stipatus armatis fratribus impetum in multitudinem facit, multos obtruncat. reliqui interventu procerum, qui in consilio fuerant, duce liberantur Antenore. ita infectis rebus populus contemptui habitus non sine pernicie sua domum discedit.

9. Dein secuta die rex hortatu Hecubae ad Helenam adit eamque benigne salutans bonum animum uti gereret hortatur. quae cuiusque esset, requirit. tum illa Alexandri se adfinem respondit, magisque ad Priamum et Hecubam, quam ad Plisthenis filios genere pertinere, repetens ordinem omnem maiorum. Danaum enim atque Agenorem et sui et Priami generis auctores esse, namque ex Plesiona, Danai filia, et Atlante Electram natam, quam ex Iove gravidam Dardanum genuisse. ex quo Tros et deinceps insecuti reges Ilii. Agenoris

2 aut] atque E | consulte E *cf. 35, 18; Frie. 30 sq.* || **3** facientes E | ac (c *in ras.* E) β E atque *in mg.* E[2] || **4** conducens *ex* conducit E[2] || **5** esset] sit B || **8** clamoribus *Per.* vocibus *Or.* murmuribus *Pei.* motibus *Cl. 19* || **9** viderentur σ || **10** multi σ || **11** reclamabat G || **16** imperfectis B insectis g || **18** insecuta E *cf. 23,13; 88,5* secundo R P | ad *om.* E *cf. 42,27; 121,26* || **19** adiit E | anim. bon. β || **20** tunc G || **23** originem β P *in ras.* E[3] | enim *om.* H || **24** actores B || **25** exsona G A *ed. Princ.* exiona *sive* ex iona β ex Ione P ex//esione (*eras.* pl) E ex plesione *sive* ex plexione τ F ex Pleiona *edd. vett.; cf. Mei. Eph. 373 sq.* ex Plesione *ed. Mediol.* ἐκ Πλησιόνης *Malal. 121* ex Hesiona *edd. Obr. De. Mei. cf. 99, 24; 100, 4; Uss. 9 sqq.; Frie. 16 sq.; v. adn. cr.* || **27** tres H | tres deinceps i. r. illii (et *om.*) E | Ilii P alii γ Ili *Mei.; cf. Frie. 18, 1* | Agenoris vel targetam porro taretam R

porro Taygetam. eam ex Iove habuisse Lacedaemona. ex quo Amyclam natum et ex eo Argalum, patrem Oebali, quem Tyndari, ex quo ipsa genita videretur, patrem constaret. repetebat etiam cum Hecuba materni generis adfinitatem. Agenoris quippe filium Phoenicem et Dymae, patris Hecubae, et Ledae consanguinitatis originem divisisse. postquam memoriter cuncta retexuit, ad postremum flens orare, ne, quae semel in fidem eorum recepta esset, prodendam putarent. ea secum domo Menelai adportata, quae propria fuissent, nihil praeter ea ablatum. sed utrum inmodico amore Alexandri, an poenarum metu, quas ob desertam domum a coniuge metuebat, ita sibi consulere maluerit, parum constabat.

10. Igitur Hecuba cognita voluntate, simul ob generis coniunctionem conplexa Helenam, ne proderetur, summis opibus adnitebatur, cum iam Priamus et reliqui reguli non amplius differendos legatos dicerent neque resistendum popularium voluntati, solo omnium Deiphobo Hecubae adsenso, quem non aliter atque Alexandrum Helenae desiderium a recto consilio praepediebat. itaque cum obstinate Hecuba nunc Priamum, modo filios deprecaretur, modo conplexu eius nulla ratione divelli posset, omnes qui aderant in voluntatem suam transduxit. ita ad postremum bonum publicum materna gratia corruptum est. deinde postero die Menelaus cum suis in contionem venit, coniugem et quae cum ea abrepta essent repetens. tunc Priamus

1 targetam σB | lacedaemonam γP *cf. Frie. 96* || **2** ex qua *lbb.* | amyclum (-i-) γ musculum E^1 *exp.* Amiclum *sscr.* E^2 || **3** debali γ || **4** ita *ante* constaret *add.* βP *sscr.* E^2 || **5** filiam γEP || **6** et climei σ de dime B deinde A et Clyme P || **7** quae *ante* postquam *add.* E || **8** posterum σB | ne se quae EP *cf. Frie. 38* ne quod B || **9** perdendum B || **10** //edomo (*veris. eras.* d) E || **12** metu *om.* γ timore *ante* poen. *sscr.* G^2 et ita poenarum *Mei., sed revoc. F. 73; v. adn. cr.* | sertam H || **13** ita *om.* β || **17** adniteretur RB admitteretur σ || **20** accenso B | quem] quam P | atque] quam E || **21** praepediebatur σ || **23.24** modo c. e. nulla r.] ne a c. e. ulla r. E nec a c. e. ullo modo, ulla r. *edd. Crat. et Dac.* || **24** develli G^1 *corr.* G^2 || **24.25** in voluntatem suam] voluntate eius β || **26** postremo GσBE^1 *corr.* E^2

inter regulos medius adstans facto silentio optionem Helenae, quae ob id in conspectum popularium venerat, offert, si ei videretur domum ad suos regredi. quam ferunt dixisse neque se invitam navigasse, neque sibi cum Menelai matrimonio convenire. ita reguli habentes Helenam non sine exsultatione ex contione discedunt.

11. His actis Ulixes contestandi magis gratia quam aliquid ex oratione profuturus cuncta, quae ab Alexandro contra Graeciam indigne commissa essent, retexuit; ob quae ultionem brevi testatus est. dein Menelaus ira percitus atroci vultu exitium minatus consilium dimittit. quae ubi ad Priamidas perlata sunt, confirmant inter se clam, uti per dolum legatos circumveniant. credebant quippe, quod non frustra eos habuit, si legati inperfecto negotio revertissent, fore, uti adversum se grande proelium concitaretur. igitur Antenor, cuius de sanctitate morum supra memoravimus, Priamum convenit coniurationemque factam conqueritur: filios quippe eius non legatis, sed adversus se insidias parare, neque id se passurum. dein non multo post legatis rem aperit. ita exploratis omnibus adhibito praesidio, cum primum opportunum visum est, inviolatos eos dimittit.

12. Dum haec apud Troiam aguntur, disseminata iam per universam Graeciam fama omnes Pelopidae

1 medios H || **2** conspectu σAP *edd. princ. et De.* | populorum H || **3** offeret H | Qua HB || **3.4** quam – navigasse *om.* g | neque se invitam navigasse *om.* G *pro his* neque se patriam regredi velle β *utrumque habet* P neque se in patriam regr. velle *add. in mg.* E^{rec} *quae verba De. scholion esse putat* || **4** fertur S || **5** convenere G^1 *corr.* G^2 || **6** ex contione *om.* P || **8** peractis E^2Pt | magis magis σ | gratia *om.* G^1 *sscr.* G^2 || **9** promoturus EPF profuturus *in mg.* E^{rec} profecturus *Hei. et Per., quos secuti sunt De. et Mei., sed cf. Frie. 101* || **10** indigna β || **11** ob quam F | breviter EFB | ult. regi (*i. e.* coram rege) test. *Wopk.* || **12** ira perc.] iratus P | perculsus E^1 percitus *in mg.* E^{rec} | atro G^1 atro// H ci *sscr.* G^2H^2 | minitatus R || **15** consilium *post* eos *add.* E *cf. Lö. 51 sq.; Fra. 152* || **18** Antenor *om.* B || **19** conquiritur *ex* conqueritur G^2 || **21** praeparare σ || **23** primum: mum *in ras.* E^2 Priamo τF || **24** insublatos B || **25** cum g

in unum conveniunt atque interposita iuris iurandi religione, ni Helena cum abreptis redderetur, bellum se Priamo inlaturos confirmant. legati Lacedaemonam redeunt, de Helena eiusque voluntate narrant, dein Priami filiorumque eius adversum se dicta gestaque, grande praeconium fidei erga legatos Antenoris praeferentes. quae ubi accepere, decernitur, uti singuli in suis locis atque imperiis opes belli parent. igitur ex consilii sententia opportunus locus ad conveniendum et in quo de apparatu belli ageretur, Argi, Diomedis regnum, deligitur.

13. Ita ubi tempus visum est, primus omnium ingenti nomine virtutis atque corporis Aiax Telamonius advenit, cum eo Teucer frater. dein haud multo post Idomeneus et Meriones, summa inter se iuncti concordia. eorum ego secutus comitatum ea quidem, quae antea apud Troiam gesta sunt, ab Ulixe cognita quam diligentissime rettuli et reliqua, quae deinceps insecuta sunt, quoniam ipse interfui, quam verissime potero exponam. igitur post eos, quos supra memoravimus, Nestor cum Antilocho et Thrasymede, quos Anaxibia susceperat, supervenit. eos Peneleus insecutus cum Clonio et Arcesilao consanguineis, dein Prothoenor et Leitus Boeotiae principes, itemque Schedius et Epistrophus Phocenses, Ascalaphus et Ialmenus Orchomenii, tum Diores et Meges Phyleo genitus, Thoas ex Andraemone, Eurypylus Euaemonis Ormenius et Leonteus.

1 ita *post* atque *add.* P || **3** lacedemona E P *cf. 6, 8* || **5** sociorumque B || **8** belli *om.* σ̇ || **9** convendum G[1] *corr.* G[2] || **11** argum E *cf. Frie. 82, 1* | diligitur (*sed corr.* G) G H || *Nomina propria vario modo in libris corrupta sunt. menda orthographica ut* archesilaus, scedius, boetia, epistrofus, prothenor *etc. rarissime notavi* || **14** et *ante* cum eo *add.* σ R P *sscr.* E[2] | eius *post* frater *add.* R P || **15** merion S R B P meriono H Myriones *ex* meriones E[3] || **17** quam *om.* P || **18** et *om.* E || **21** thrasionede σ | ex anax. E de anax. σ || **22** supervenere E || **23** clytio *lbb.* Clonio *Mer. et Obr. et edd. poster. cf. 14, 23; Hom. Il. II 495* || **23. 24** et Litius *om. sed alia eiusdam saec. manu in mg.* R || **24** princeps P | pistrophus σ || **25** aschaphus H | iamenus γ *cf. 14, 21* || **26** *v. adn. cr.* | pileo G E peleo β Pyleo P || **27** orchomenius *lbb. corr. per expunct.* E[rec] *(cf. Lö. 47; Browning ClRev 10, 1960, 42) Mer.; cf. 15, 10; Hom. Il. II 736* || **28** lemitius B

14. Post quos Achilles Pelei et Thetidis, quae ex Chirone dicebatur. hic in primis adulescentiae annis, procerus, decora facie, studio rerum bellicarum omnes iam tum virtute atque gloria superabat, neque tamen aberat ab eo vis quaedam inconsulta et effera morum impatientia. cum eo Patroclus et Phoenix, alter propter coniunctionem amicitiae, alter custos atque rector eius. Tlepolemus dein Herculis, eum insecuti sunt Phidippus et Antiphus, insignes armorum specie, avo Hercule; post eos Protesilaus Iphicli cum Podarce fratre. adfuit et Eumelus Pheraeus, cuius pater Admetus quondam vicaria morte coniugis fata propria protulerat, Podalirius et Machaon Triccenses, Aesculapio geniti, adsciti ad id bellum ob sollertiam medicinae artis. dein Poeantis Philocteta, qui comes Herculis post discessum eius ad deos sagittas divinas industriae praemium consecutus est, Nireus pulcher, ex Athenis Menestheus et Aiax Oilei ex Locride, Argis Amphilochus et Sthenelus, Amphiarai Amphilochus, Capanei alter, cum his Euryalus Mecistei. dein ex Aetolia Thessandrus Polynicis; postremi omnium De-

1 theodas σ | quae ex Ch.] qui inbutus bellis ex ch. **EP** *quod maluit Wü. A. 1026; sed cf. Lö. 52; Frie. 28; Fra. 151* || **4** ac **E** | virtuteque et gl. **A** *ed. Obr. et ed. De., qui laudat Perizonii diss. § 15* virtute et gl. **P** || **5** et *om.* **GσB** frg. Reich. || **8** Tleptolemus *ex* Tlepol. **G**^{2} | hercules σ | et Herculis insecuti (et *add.* eum *om.*) **E** Eutraphates. Insecuti *ed. Crat.* || **9** Ant.] sancthippus (*primam litteram* s *fortasse add.* m^{rec}) **E** Santippus **TF** xantippus **Pt** *cf. 15, 11* || **10** siphicli (-f- **E**)γ**E**^{1}**P** *corr.* **E**^{2} || **11** fereus γ *in longa ras.* **E**^{2} phareus τ fareus **F** || **12** facta **R** || **13** pertulerat **B** | Podabrius **B** | thracenses ε || **15** Deippo anti **GB** deippoanti (-p- **H**)σ frg. Reich. dein ippoanti **R** dein thoantis **E** | filius *ante* philocteta *add.* **E** *cf. Lö. 52; Fra. 152* || **16** ad deos] a dis γ adeos **A** ab diis **tF** *ex* ab dis **E**^{2} a diis **T** || **17** nereus **EP**σ *cf. 15, 5; 95, 12; 95, 25* Νηρεύς *Malal. 135* || **18** ex *ante* Argis *contra lbb. add. edd. fortasse recte, sed cf. Frie. 101 sq.; La. 26 sq.* | argus γ || **19** et Sthenelus Amph. Amphil. *om.* γ Amphilochus Amphiarai et Sthenelus Capanei *edd. vett.* | sthenelus : nleus *sive* mleus *sscr.* **E**^{rec} || **20** cappani **GσB** frg. Reich. | et *ante* cum *add. edd. vett.* | eurypylus (*vel* i *pro* y) *lbb. corr. ed. Princ.* | mnesthei (-tei **HP**)**GσBP** Menestei **R** Mnestei (M *sscr.* m^2)**E** Mecistei *edd.* || **21** postremo β**P**

mophoon atque Acamas. fuere cuncti ex origine Pelopis. sed eos, quos memoravimus, plures alii ex suis quisque regionibus, partim ex regum comitibus, alii ipsius regni participes insecuti sunt, quorum nomina singillatim exponere haud necessarium visum est.

15. Igitur ubi omnes Argos convenere, Diomedes hospitio cunctos recipit, necessariaque praebet. dein Agamemnon grande auri pondus Mycenis adportatum per singulos dispertiens promptiores animos omnium ad bellum, quod parabatur, facit. tum communi consilio super condicione proelii ius iurandum interponi hoc modo placuit. Calchas, Thestoris filius, praescius futurorum, porcum marem in forum medium adferri iubet, quem in duas partes exsectum orienti occidentique dividit, atque ita singulos nudatis gladiis per medium transire iubet. dein mucronibus sanguine eius oblitis, adhibitis etiam aliis ad eam rem necessariis, inimicitias sibi cum Priamo per religionem confirmant: neque prius se bellum deserturos, quam Ilium atque omne regnum eruissent. quis perfectis pure lauti Martem atque Concordiam multis immolationibus sibi adhospitavere.

16. Dein in templo Iunonis Argivae rectorem omnium declarari placuit. igitur singuli in tabellis, quas ad deligendum belli principem quem cuique videretur acceperant, Punicis litteris Agamemnonis nomen designant. ita consensu omnium secundo rumore summam belli atque exercitus in se suscipit, quod ei et propter germanum, cuius gratia bellum id parabatur, et propter magnam opum vim, quibus praeter ceteros Graeciae reges magnus atque clarus habebatur, merito acciderat. dein duces praefectosque navium Achillem, Aiacem et Phoenicem destinant. praeponuntur etiam

2 pluris G^1 *corr.* G^2 | ex cuius *sed corr.* frg. Reich. || 5 exp. sing. σ || 6 venere *edd. vett.* || 7 necessaria σ || 12 Calenas GRB | nestoris E^1F *corr.* E^2 || 15 ita *om.* G *cf. 34, 23 sq.; 87, 2; 115, 1* || 20 quibus E | atque *post* pure *add.* EP | laute (-ct- P)EP || 24 placet EPFR *v. adn. cr.* || 25 eligendum σ || 29 id par. bell. E 32 accederat G || 33 praeponitur E *cf. Frie. 55*

campestri exercitui Palamedes cum Diomede et Ulixe, ita ut inter se diurnas vigiliarumque vices dispertiant. his peractis ad parandas opes atque instrumenta militiae singuli sua in regna discedunt. interim belli studio ardebat omnis Graecia: arma, tela, equi, naves atque haec omnia toto biennio praeparantur, cum iuventus partim sua sponte, alii aequalium ad gloriam aemulatione munia militiae festinarent. sed inter haec summa cura vis magna navium praecipue fabricatur, scilicet ne multa milia exercituum, undique versum in unum collecta, incuria navigandi tardarentur.

17. Igitur peracto biennio ad Aulidam Boeotiae, nam is locus delectus fuerat, singuli reges pro facultate opum regnique instructas classes praemittunt: ex quis primus Agamemnon ex Mycenis naves C, aliisque LX, quas ex diversis civitatibus, quae sub eo erant, contraxerat, Agapenorem praeficit, Nestor XC navium instructam classem, Menelaus ex omni Lacedaemona naves LX, Menestheus Athenis L, XL Elephenor ex Euboea, Aiax Telamonius Salamina XII, Diomedes Argis LXXX navium classem, Ascalaphus et Ialmenus Orchomenii naves XXX, Oileus Aiax XL, item ex omni Boeotia Arcesilaus, Prothoenor, Peneleus, Leitus, Clonius naves L, XL ex Phocide Schedius et Epistrophus, dein Thalpius et Diores cum Amphimacho et Polyxeno Elide aliisque civitatibus regionis eius naves XL,

1 palemedes G || **4** regna] loca R *in mg.* P^{rec} || **6** omnia *om.* R || **7** partem σ | ob gloriam *De.* || **8** munia] communis E^1 admunia *sscr.* E^2 ad omnia communis P admunia β *cf. Lö. 53; Fra. 151* | festinaret G || **11** tardaretur γE traderetur P || **14** quibus E || **15** aliisque E *et in notis Dac.* aliasque *ctt. lbb. et edd. praeter De.* || **15–17** *v. adn. cr.* || **16** sub] ex σ || **17** quibus et *ante* Agapenorem *add.* RP quis *add. Mei.* | praeficit E praefecit *ctt. lbb.* || **18** enim *post* Menelaus *add.* σ || **19** naves *om.* P | LXL B LX·L GR LX. Quinquaginta σ *recte* E *cf. Hom. Il. II 556; 545. numeros nominibus postposuit saepe* E *semper* P | elenor γP elefenor : elef *in ras.* E^3 eipherus TF eypherus t || **20** Cuboe tF | de Salamina RP || **21** ab Argis RP | iamenus γ *cf. 11, 25* || **22** Aiax XII γPF || **23** Leitus : Leit *in ras.* E^3 letus T loetus PtF lettus G letius σ | clodonius σ || **24** L, XL] LXI GσB LX unam RP || **26** elide aulide (*add.*) GσB de Aulide Elide RP | regiones G^1 *corr.* G^{rec} *cf. 17, 1*

Thoas ex Aetolia XL, Meges ex Dulichio et ex insulis Echinadibus XL, Idomeneus cum Merione ex omni Creta classem navium LXXX, ex Ithaca Ulixes XII, XL Prothous Magnes, Tlepolemus Rhodo aliisque circa eam insulis IX, XI Eumelus Pheraeus, Achilles ex Argo Pelasgico L, III Nireus ex Syme, Podarces et Protesilaus ex Phylaca aliisque, quibus praeerant, locis naves XL, XXX Podalirius et Machaon, Philocteta Methona aliisque civitatibus naves VII, Eurypylus Ormenius XL, duas et XX Guneus Perrhaebis, Leonteus et Polypoetes ex suis regionibus XL, XXX ex insulis Co Crapathoque cum Antipho Phidippus, Thessandrus, quem Polynicis supra memoravimus, Thebis naves L, Calchas ex Acarnania XX, Mopsus Colophona XX, Epios ex insulis Cycladibus XXX. easque magna vi frumenti aliorumque necessa-

1 Thoas ex Aet. XL *om.* RB Thoas – Echin. *om.* σ | meges et dulichius (dalitius B Dulitius F) ex ins. GRBPF meges dulichius ex ins. *in ras.* E³ || 4 protheus magnus γ prothous magnesius (-esius *ex* -us *m²*) E | Tripolemus H | de Rhodo RP || 4.5 aliisque quae circa eam erant ins. E || 5 emelius H | Pheraeus *om.* E¹ *ascr.* E³ feronius γ *v. adn. cr.* || 6 ex pelasgico (pelasgicis E) *lbb.* Argo *om. lbb., add. Du. 38, 1 secundum Hom. Il. II 681, adsent. Mei. Eph. 373* ἐκ τοῦ Ἄργους τῆς Ἑλλάδος *Malal. 136* | L, III] LIII σB | ymo γ Symo (Sy- *in ras. m³*) E Imo Pt isthmo T || 7 Fylaca *in longa ras.* E³ Euriphila PτF || 8 XL] undecim GB XI P *cf. 15, 10; 15, 12* | naves · XIXL · I · XXX · Podal. σ || 9 ex *ante* meth. *vel* moth. *add.* RE³P | mothona *vel* motona γP meton t methone T *ex* methon E³ || 10 orchomenius (cho *exp.* -ius *in ras.* E²) γEP Orchomenes τF Orchomeneus *ed. Crat. corr. Mer.; cf. Lö. 47* | XL] undecim *vel* XI γP *cf. 15, 8; 15, 12* | duas · XXXIII · et XX · σ | Cynaeus σ Gynalius B Cineus P | de Per. RP Perthebis E¹ *exp. et* perithoi *sscr.* E³ || 12 XL] undecim *vel* XI γP *cf. 15, 8; 15, 10* | XI · XL · I · XXX · Ex σ | Co Crapathoque] congregatis γ *De. Mei.* co craphates E¹ entrapha *sscr.* E² emtraphates F *similia alii cdd. fam.* ε congregatas A eutaphrates *ed. Mediol.* Nisyro, Caprate, Coo Eutraphrates *edd. Ven. et Crat.; v. adn. cr.* | //anthippo E xantippo (-p- T) τ *cf. 12, 9* || 13 quem] que βP | polynicen E | quos *ante* supra *add.* βP || 14 de Thebis R ex Thebis PF | arcadia E || 15 de Col. R ex Col. EPF | mille LXVI *add. in mg. inferiore* E¹ *(sunt autem 1306); infra quae verba* ut apud homerum invenitur M·C·LXXXVI *(summam recte fecit) add.* E^rec Omnes numero M·C·XLII *post* XXX *add.* RP || 16 eas itaque magna RP | aliisque (-que *in ras.* E²) necessariis EPτ aliis quoque necessariis *ed. Crat.; cf. Lö. 53; Fra. 151*

riorum cibi replent. quippe ita ab Agamemnone mandatum acceperant, scilicet ne tanta vis militum necessariorum penuria fatigaretur.

18. Igitur inter tantum classium apparatum equi atque currus bellici ob locorum condicionem multi, sed pedestres milites pars maxima, ob eam causam, quia per omnem Graeciam multo maiore egestate pabuli, equitatus usus prohibetur. praeterea fuere multi, qui ob artis peritiam necessarii nautico apparatui credebantur. per idem tempus Lycius Sarpedon neque pretio neque gratia † Phalidis †, Sidoniorum regis, † inlectus, qui virtutis † societatem militiae nostrae adversum Troianos sequeretur, quippe quem iam Priamus donis amplioribus eisque postea duplicatis fidissimum sibi retinuerat. omnium autem classium numerus, quem ex diversis Graeciae regnis contractum supra exposuimus, toto quinquennio praeparatus instructusque est. ita cum nulla iam res profectionem, nisi absentia militis retardaret, cuncti duces veluti signo dato una atque eodem tempore Aulidam confluunt.

19. Interim in ipsa navigandi festinatione Agamemnon, quem a cunctis regem omnium declaratum supra docuimus, longius paulo ab exercitu progressus forte conspicit circa lucum Dianae pascentem capream imprudensque religionis, quae in eo loco erat, iaculo transfigit. neque multo post irane caelesti an ob muta-

1 cibis R | gratia *post* cibi *add.* EP | ita *om.* H || **4** Igitur] interim R | inter] in BP || **5** bellici (missis muneribus ob *sscr.* m^2) locorum condicione (m *sscr.* m^2) E *cf. Frie. 44 sq.* bell. omissis muneribus ob l. c. P bellici condicione F belli missis muneribus ob l. c. R || **5.6** multis et pedestris militis E *cf. Frie. 64* || **7** maior E^1 *corr.* E^2 | egestatem R || **7.8** eq. usus egestatis usu G || **8** prohibebatur *sed corr.* S | propterea σ || **9** navium E^1 nautico *sscr.* E^2 | apparatu B || **11** Phalidis ε frigiae γ *ex quo* frigii G^2 || **11.12** inlectus (ill- σ R) qui (quo G^{rec}R) virtutis γ inlici (ill- P il- F) potuit ut virtutis ε inlici quivit uti *Mer. hunc locum iam in archetypo corruptum fuisse constat; lectionem codicum familiae* γ *recepi, quamquam vix rectior est quam lectio familiae* ε, *quae ex coniectura emanare videtur. cf. Frie. 24, 3; v. adn. cr.* || **13.14** don. ampl. *om.* β || **16** regionibus P || **17** est *om.* H || **19** uno γ || **22** declaratum *om.* R || **23** doc.] memoravimus P || **26** ira dianae ob E irane dianae cael. an ob P

tionem aeris corporibus pertemptatis lues invadit. atque interim in dies magis magisque saeviens multa milia fatigare et promiscue per pecora atque exercitum grassari. prorsus nullus funeri modus neque requies; uti quidque malo obvium fuerat, vastabatur. quis rebus sollicitis ducibus mulier quaedam deo plena Dianae iram fatur: eam namque ob necem capreae, qua maxime laetabatur, sacrilegii poenam ab exercitu expetere, nec leniri, priusquam auctor tanti sceleris filiam natu maximam vicariam victimam immolavisset. quae vox ut ad exercitum venit, omnes duces Agamemnonem adeunt eumque primo orare recusantemque ad postremum cogere, uti malo obviam properaret. sed ubi obstinate renuere vident nec ulla vi queunt flectere, plurimis conviciis insecuti, ad postremum regio honore spoliavere. ac ne tanta vis exercitus sine rectore effusius ac sine modo militiae vagaretur, praeficiunt ante omnes Palamedem, dein Diomedem et Aiacem Telamonium, quartum Idomenea. ita per aequationem numeri atque partium quadripertitur exercitus.

20. Neque interim ullus finis vastitatis, cum Ulixes simulata ex pertinacia Agamemnonis iracundia et ob id domuitionem confirmans magnum atque insperabile cunctis remedium excogitavit. profectus namque Mycenas nullo consilii participe falsas litteras tamquam ab Agamemnone ad Clytemestram perfert, quarum sententia haec erat: Iphigeniam, nam ea maior natu

1 pertemptates G^1 *corr.* G^{rec} *cf. 14, 26* | eos *post* lues *add.* **RP** || **3** promisce G^1 **B** *corr.* G^2 | per *om.* E^1 *sscr.* E^3 || **4** gravari E^1 *corr.* E^3 | nullius (*sed corr.* G) Gσ || **7** quae (e *del.?*) G || **8** poenas **EP** || **13** ire *ante* obviam *add.* ***E*** || **14** eum *ante* renuere *add.* ***E*** | neque ***E*** **P**σ**B** || **15** pluribus ***E*** || **17** effusus **B** profusius (*ex* effusius ***E***) ***E*** **P** || **19** Idomeneum **P** | equivocationem *sed corr.* ***E*** || **20** muneris *Obr.*, *adsent. De.* || **22.23** neque — simulata *om.* **P** || **23** vel domuitionem *ante* sim. *add.* R *glossa errore ex 17, 24 translata* | ex] et **P** | pervicatia (parv- P) **PF** *sscr.* ***E*** || **24** domuitionem *Mer. et edd. posteriores* domi mentionem γ domus diminutionem ε domum demigrationem *ed. Crat.; v. adn. cr.* | inseparabile (*sed corr.* **B**; insperabile *in mg.* G^2) γ || **27** praefert **B**

erat, desponsam Achilli, eumque non prius ad Troiam profecturum, quam promissi fides impleretur; ob quae festinaret eamque et quae nuptiis usui essent, mature mittere. praeterea multa pro negotio locutus ementito argumento fidem fecerat. quae ubi accepit Clytemestra cum propter gratiam Helenae, tum maxime, quod tam celeberrimi nominis viro filia traderetur, laeta Iphigeniam Ulixi committit. isque confecto negotio paucis diebus ad exercitum revenit, atque ex inproviso in luco Dianae cum virgine conspicitur. quis cognitis Agamemnon affectione paternae pietatis motus an ne tam inlicito immolationis sceleri interesset, fugam parat. eumque re cognita Nestor, longam exorsus orationem, ad postremum persuadendi genere, in quo praeter ceteros Graeciae viros iucundus acceptusque erat, a proposito prohibuit.

21. Interim virginem Ulixes et Menelaus cum Calchante, quibus id negotium datum erat, remotis procul omnibus sacrificio adornant, cum ecce dies foedari et caelum nubilo tegi coepit, dein repente tonitrua, corusca fulmina et praeterea terrae marisque ingens motus atque ad postremum confusione aeris ereptum lumen. neque multo post imbrium atque grandinis vis magna praecipitata. inter quae tam taetra nulla requie tempestatis Menelaus cum his, qui sacrificium curabant, metu atque haesitatione diversus agebatur, terreri quippe primo subita caeli permutatione idque signum divinum credere, dein, ne inceptum omitteret.

1 disponsam G desponsandam *sed. corr.* ***E*** | nec H || **2** promissis ***E*** || **4** mitteret ***E***PF mitterent β || **5** clytemestram B || **6** cum] tum ***E*** | tunc G || **7** celeberrimum σ | viro filia] filio P | laeti B || **8** perfecto ***E*** || **9** venit ***E*** revertitur P || **10** dianae : nae *in ras.* G^2 || **11** an] ac σR *om.* P | motus est. Et ne (*sed* est. Et *del.*) ***E*** || **12** scelere *ex* -i ***E*** || **13** cumque (*sed corr.* ***E***)γ***E*** | Nestor *om.* P | exorsus] pansus F || **16** cohibuit PF || **19** sacrificium G^1 *corr.* G^2 || **20** et (*sed del.*) corrusca *supra quod* corrustationes *scr.* ***E*** corruscationes P || **21** praeterea *corr. ex* per eam *(?)* R^{rec} per ea G per eam σB || **23** nec ***E*** || **24** requies ***E*** || **26** agitatione diversiis (*sive* us *?*) E^1 haesitatione in diversa P *in mg.* E^{rec} hesitatione agebatur divorsa *Mer.* || **28** coeptum (cept- G^1) G^1***E*** *corr.* G^2 | omitterent ***E***

detrimento militum commoveri. igitur inter tantam animi dubitationem vox quaedam luco emissa: aspernari numen sacrificii genus et ob id abstinendum a corpore virginis, misereri namque eius deam; ceterum pro tanto facinore satis poenarum Agamemnoni ab coniuge eius post Troianam victoriam conparatum. itaque curarent id, quod in vicem virginis oblatum animadverterent, immolare. dein coepere venti atque fulmina aliaque, quae in magno caeli motu oriri solent, consenescere.

22. Sed cum haec in luco aguntur, Achilles litteras seorsum missas sibi a Clytemestra cum auri magno pondere accepit, in quis ei filiam atque omnem domum suam commendaverat. quae postquam et Ulixis consilium patefactum est, omissis omnibus propere ad lucum pergit, magna voce Menelaum et qui cum eo erant, inclamans, ab inquietudine Iphigeniae cohiberent sese, comminatus perniciem, ni paruissent. mox attonitis his atque obstupefactis ipse supervenit reformatoque iam die virginem abstrahit. interim deliberantibus cunctis, quidnam vel ubi esset, quod immolari iuberetur, cerva forma corporis admiranda ante ipsam aram intrepida consistit. eam praedictam hostiam rati oblatamque divinitus conprehendere moxque immolant. quis peractis sedata lues instarque aestivi temporis reseratum est caelum. ceterum virginem

1 igitur] Interim σ || **2** est *post* emissa *add.* RP *sscr.* ***E*** | aspernari : etur *sscr. sed vix legi potest* ***E*** || **6** comparatam R | iri *post* conp. *add.* ***Mei.***, *sed revoc. F. 73* || **7** id *om.* ***E*** || **9** flamina senescere seviscere *post* solent *add. sed del.* ***E*** || **10** concrescere *ante* consenescere *sscr.* $\boldsymbol{E}^{rec}$ *in mg. scr.* P flammam *add. in mg.* $\boldsymbol{E}^{rec}$ || **11** cum] dum ***E*** | huiusmodi in luco *sed del. et* haec apud lucum *sscr.* ***E*** haec apud lucum (-t- F)PF || **12** aura G^1 *corr.* G^2 || **13** accipit P || **14** suam *om.* ***E*** | quas (*ex* quae ***E***)***E***P | perlegit *post* postquam *add.* P *sscr.* ***E*** | consilium *om.* σ || **17** ut *ante* ab *add.* RP || **18** omnibus *post* perniciem *add.* P *sscr.* ***E*** | nisi *ex* ni ***E*** | paruisset P || **19** stupefactis ***E*** || **20** iam] in H || **21** quod] quam R || **24** divinitus *om.* P || **25** quibus ***E***F || **26** serenatum *super* reser. *scr.* $\boldsymbol{E}^{rec}$ serenatum est coelum RP reseratum est (caelum *om.*) G mare reseratum est ***Mei.*** reserenatum est (caelum *del.*) *Ro. 749; v. adn. cr.*

Achilles atque hi, qui sacrificio praefuere, clam omnes regi Scytharum, qui eo tempore aderat, commendavere.

23. At ubi duces sedatam vim mali animadvertunt ventorumque flatus navigandi prosperos atque aestivam maris faciem, omnes laeti Agamemnonem adeunt, eumque interitu filiae permaestum consolati honorem regni rursus concelebrant. quae res pergrata atque accepta per exercitum fuit, eum quippe optimum consultorem sui non secus, quam parentem miles omnis percolebat. sed Agamemnon sive eorum, quae praecesserant, satis prudens, seu humanarum rerum necessitatem animo reputans et ob id adversus infortunia firmissimus, dissimulato quod ei acciderat, honorem suscipit atque eo die duces omnes ad se in convivium deducit. dein haud multis post diebus exercitus ordinatus per duces, cum opportunum iam tempus navigandi ingrueret, ascendit naves repletas multis rebus pretiosissimis, quae ab incolis regionis eius offerebantur. ceterum frumenta, vinum aliaque cibi necessaria Anius et eius filiae praebuere, quae oenotropae ac divinae religionis antistites memorabantur. hoc modo ex Aulide navigatum est.

LIBER SECVNDVS

1. Postquam ad Mysorum regionem universas classes venti appulere, propere omnes signo dato naves litori admovent. dein egredi cupientibus a custodibus loci

1 fuere P | omnibus ***E*** P || **4** sedata vi ***E*** | animadvertere ***E*** P || **5** ventorum ***E*** || **7** de (*add.*) interitu RP | honore ***E*** || **8** perconc. *ex* conc. R^rec || **10** sui quem non secus *ed. Crat.* quem *add. in mg.* ***E***^*rec* || **12** non satis *Mei. in app.* || **13** in fortuna H || **15** suscepit B | ad se] apud se *in mg.* ***E*** || **16** ordinaturus B^1 *corr.* B^2 || **17** iam] nam G || **21** Anius] amicis B annis P | oenotropae] in utropea (eutr- R)γ meutrcpea *in mg.* ***E*** || **22** ac *om.* γ | antestites G antistes B | memorabatur B || **22.23** hoc – est *om.* B^1 *in mg. superiore* B^rec || **24** moesorum γP *v. adn. cr.* || **26** admoverunt ***E***

eius obviam itum est. eos namque Telephus, qui tum Mysiae imperator erat, quo omnis regio ab incursione maritimorum hostium defensaretur, litori praefecerat. igitur ubi descendere prohibentur neque prius permittitur terram contingere, quam regi quinam essent nuntiaretur, nostri primo quae dicebantur neglegere et singuli navibus egredi; dein postquam a custodibus nihil remittebatur et summa vi resisti et prohiberi coeptum, duces omnes iniuriam manu vindicandam rati arreptis armis evolant navibus incensique ira custodes caedere neque versis his atque in fuga parcere, sed uti quisque fugientem conprehenderat, obtruncare.

2. Interim ad Telephum, qui primi fuga Graecos evaserant, veniunt: inruisse multa milia hostium eosque caesis custodibus litora occupasse et multa praeterea singuli pro metu suo adicientes nuntiant. dein re cognita Telephus cum his, quos circum se habebat, aliisque, qui in ea festinatione in unum conduci potuere, propere Graecis obviam venit ac statim condensatis utrimque frontibus vi magna concurritur. dein uti quisque in manus venerat, interficitur, cum interim his aut illis ex casu suorum perculsis vehementius invicem instaretur. sed in ea pugna Thessandrus, quem Polynicis supra memoravimus, congressus cum Telepho ictusque ab eo cadit multis tamen hostium ante interfectis, in quis Telephi comitem, quem rex ob industriam virium atque ingenii inter duces habebat, strenue dimicantem obtruncaverat; atque ita paulatim elatus secundo belli eventu et ob id maiora viribus adgressus interficitur. atque eius cruentum corpus

1 obviam] ad troiam H || **2** moesiae γP || **8** nil *E* | ac prohib. *E* | cohiberi B || **9** coeptum est *E* | manu] navi R || **10** irati H | abreptis Gσ || **11** atque *om.* P | fugam P.B | neque iis in fugam versis *ex* neque versis his atque in fuga E^{rec} || **14** fugae γ || **16** et *om.* *E* || **20** condensis satis γP condens satis F || **21** fontibus B^1 *corr.* B^{rec} | in magna B^1 *corr.* B^{rec} || **22** convenerat H || **23** suorum casu *E* | percussus (us *corr. in* is) B | vi *post* vehem. *add. in mg.* *E* || **24** restauretur B^1 *corr.* B^2 || **26** cum (*add.*) multis P || **27** in (*add.*) quem P || **28** vir. atque *om.* P || **29** obtruncat *E* || **30** eventus *sed corr.* G

Diomedes, quod ei iam tum a parentibus coeptum cum eo societatis ius perseverabat, umeris extulit. idque igni crematum, quod superfuerat, patrio more sepeliit.

3. At ubi animadvertere Achilles et Aiax Telamonius magno suorum detrimento eventum belli trahi, exercitum in duas partes dispertiunt. ac pro tempore cohortati suos tamquam restauratis viribus acrius hostes incurrunt, ipsi duces principes certaminis, cum modo insequerentur fugientes, modo ingruentibus semet instar muri opponerent. atque ita omni modo primi aut inter primos bellantes praeclaram iam tum virtutis suae famam apud hostes atque inter suos effecere. interim Teuthranius, Teuthrante et Auge genitus, frater Telephi uterinus, ubi animadvertit Aiacem tanta adversum suos gloria dimicantem, propere ad eum convertit ibique pugnando ictus telo eius occubuit. eius casu Telephus non mediocriter perculsus ultionemque fraternae mortis expetens infestus aciem invadit atque ibi, fugatis quos adversum ierat, cum obstinate Ulixen inter vineas, quae ei loco adiunctae erant, insequeretur, praepeditus trunco vitis ruit. id ubi Achilles procul animadvertit, telum iaculatus femur sinistrum regi transfigit. at Telephus inpigre resurgens ferrum ex corpore extrahit et protectus concursu suorum ab instanti pernicie liberatus est.

1 quod] qui E P *cf. Frie. 65 sq.* || **2** vis B | idque] Inde σ || **3** sepelivit E P || **7** in hostes σ R P || **8** ipsius γ P | principesque E P *cf. Frie. 36* || **10** montis E^1 muri *sscr.* E^2 | omnimodo] omnino *sscr.* E^2 *in mg.* P^{rec} *(?)* || **13** teuthranius (theutr- B theuthr- R) theutanto γ teutrantius de teutrantio *ex* teutratus de teutranto E^{rec} Teutranis de Teutranto V theutratius theutratio P | alige γ P *ex* auge E^2 || **16** eius *om.* E V | mox *ante* occ. *add.* E π || **17** causa γ | ultionem quae E^1 *corr.* E^{rec} ultionem σ || **18** mortis] necis P | aciem] aiacem E π || **19** ibi *om.* E | effugatis E V || **20** ei *om.* E^1 P *sscr.* E^2 *cf. Frie. 40, 2* || **21** praeteritus (vel praepeditus *in mg.* m^1) G vel praepeditus β P || **21.22** Id ut Achilles V *in ras.* E^2 Et Achilles τ || **22** telum *in ras.* E^2 tum T cum t || **23** regi] ei (regi *in mg.* P) E π *cf. Frie. 65* || **24** surgens F | ferrumque (que *eras.* E) E V | trahit E V || **25** pernicie] periculo E π | liberaturus B^1 *corr.* B^2

4. Iamque diei plerumque processerat, cum utraque acie intenta proelium sine ulla requie iugi certamine ac strenue adversum se ducibus fatigaretur. namque nostros multorum dierum navigio in aliquantum exhaustos maxime praesentia Telephi debilitaverat. is namque Hercule genitus procerus corpore ac pollens viribus, divinis patriis virtutibus propriam gloriam aequiperaverat. igitur adventante nocte cunctis cupientibus requies belli facta. ac Mysi ad se domum, nostri ad naves digrediuntur. ceterum in ea pugna utriusque exercitus interfecti multi mortales, sed et vulnerati pars maxima, prorsus nullo aut perpaucis clade belli eius expertibus. dein secuta die legati invicem de sepeliendis, qui in bello ceciderant, mittuntur. atque ita indutiis interpositis collecta corpora atque igni cremata sepeliuntur.

5. Interim Tlepolemus et cum fratre Antipho Phidippus, quos Thessalo genitos nepotes Herculis supra memoravimus, cognito Telephum in his locis imperitare, fiducia cognationis ad eum veniunt eique, quinam essent et quibuscum navigassent, aperuere. dein multa invicem consumpta oratione ad postremum nostri acrius incusare, quod tam hostiliter adversum suos versaretur. Agamemnonem namque et Menelaum Pelopidas, non alienos generis sui, eum exercitum contraxisse. dein quae circa domum Menelai ab Alexandro

1 plerumque] plurimum **EVF** *cf. Lö. 53* | uterque **F** || **2** acies ε | int.] in tanta **H** | proelio **EP** | ac *ante* iugi *add.* ε || **3** ac *lit. del.* **E** *om.* **PF** | strenuis ε | strenue adversantibus ducibus *fortasse scribendum esse putat Mei.; cf. Frie. 65* || **5** maximae **G** | debilitaverat] dubitaverat **B** exanimaverat **E**π || **7** div. vir. σ | patris **E**π | propriam] patriam **V** || **8** aequiparaverat **G**[1] *corr.* **G**[2] | adventante *corr. ex* advenit ante **G** | cup.] cedentibus **P** *sscr.* **E**[2] || **9** facta est **P** | Misseni **V** moesi (-ii **P**)γ**P** | M. ad] moesia **B** | se *om.* σ**R** || **11** sed et] ac **EV** *cf. Frie. 66; v. adn. cr. ad 95, 15* || **12** perpauci **E**[1] *corr.* **E**[2] || **13** eius *om.* **E**[1]**V** *sscr.* **E**[2] *cf. Frie. 40, 2* | expertibus : -tibus *in ras.* **E** expertes *ed. Crat.* | insecuta **EV** *cf. 8, 18; 88, 5* || **14** ita *om.* **EV** || **15** igne **EV** *sed cf. 31, 22* || **16** sepeliunt **E**[1] *corr.* **E**[2] || **17** antipho *corr. ex* -um *(?)* **G** euthippo (-t- π) **E**[1]π antippo *in mg.* **E**[2] || **23** acriter **V** | instare vel accusare **RP** || **25** generi **G**[1] *corr.* **G**[2] || **26** in circa σ

commissa essent raptumque Helenae docent. atque decere eum cum propter consanguinitatem tum praecipue ob scelus violati communis hospitii Graecis ultro ferre auxilium, in quorum gratia ipsius etiam Herculis plurima laborum monumenta per totam Graeciam existere. ad ea Telephus, etsi dolore vulneris inmodice adflictabatur, benigne tamen respondens ipsorum potius ait culpa factum, quod amicissimos et iunctos sibi generis adfinitate regno suo adpulsos ignoraverit; praemittendos etenim fuisse, per quos cognito eorum adventu obviam ire gratulantem oportuerit atque amice hospitio receptos donatosque muneribus, cum commodum ipsis videretur, remittere. ceterum militiam adversum Priamum recusare; Astyochen enim Priami iunctam sibi matrimonio, ex qua Eurypylus genitus artissimum adfinitatis pignus intercederet. dein propere popularibus, uti ab incepto desisterent, nuntiari iubet. atque ita nostris liberam egrediendi navibus potestatem permittit. Tlepolemus et qui cum eo venerant Eurypylo traduntur hique perfectis quae cupierant ad naves pergunt nuntiantes Agamemnoni ac reliquis regibus pacem concordiamque cum Telepho.

6. Quae ubi accepere, apparatum belli laeti omittunt. dein ex consilii sententia Achilles cum Aiace ad Telephum pervenere, eumque iactatum magnis doloribus consolati, ut viriliter incommodum ferret deprecabantur. at Telephus, ubi aliquantum requies doloris intercesserat, Graecos incusare, quod ne nuntium qui-

1 atque] ob quae (atque *in mg.* P) E π || 2 cum] tum B | sanguinitatem G || 3 communis *om.* P || 4 gratiam *lbb. praeter* EV *cf. Lö. 68, 1* || 5 plura V | per t. Gr. *om.* V || 6 existerent E π H *cf. La. 43; Frie. 59* | ad ea] at EV | etsi] et G | inmod.] non modice EV || 8 ait *om.* P || 9 affinitatem B || 10 praetermittendos P | fuisse] esse EV || 10. 11 cogn. adv. et eum obv. gr. ire op. V || 11 adventu eorum (eo *in ras.* m^2) E | iri P || 12 acceptos V || 13 ipsius γ | remitteret EVR || 14 astochèn (adst- H) G σ B || 15 filiam *post* Priami *add.* EV *cf. Lö. 53 sq.* | sibi matr. iunct. E π | patrimonio σ || 19 cum *om.* P || 20 peractis EV || 22 regibus *om.* P || 23 omittunt : o *in ras.* E^2 || 25 perveniunt E π || 26 deprecab.] dein precab. γ || 27 requies : requi *in ras.* E^2 respiratio P τ || 28 accusare E

dem adventus sui praemisissent. dein percontatur, quinam et quanti Pelopidae in ea militia essent doctusque multis precibus orat, ut ad se omnes veniant. tunc nostri facturos se quae vellet polliciti desiderium regis reliquis nuntiavere. igitur omnes Pelopidae praeter Agamemnonem et Menelaum in unum congregati ad Telephum veniunt multumque gratulationis atque laetitiae praesentia sua regi obtulere. ac deinde muneribus largiter donati hospitio recipiuntur. neque tamen miles reliquus, qui apud naves erat, munificentiae regis expers fuit, namque ex numero navium frumentum aliaque necessaria adfatim portabantur. ceterum rex ubi Agamemnonem fratremque eius abesse animadvertit, multis precibus Ulixem deprecatur, uti ad eos acciendos pergeret. hi itaque ad Telephum veniunt ac more regio invicem acceptis datisque donis Machaonem et Podalirium, Aesculapii filios, venire ac vulneri mederi iubent; qui inspecta cura propere apta dolori medicamina inponunt.

7. Sed ubi tritis aliquot diebus tempus navigandi remorari ac ventis adversantibus mare in dies magis magisque saevire occepit, Telephum adeunt eumque de opportunitate temporis consulunt. atque ab eo docti initio veris ex his locis ad Troiam navigandi tempus esse, reliqua adversa, cunctis volentibus Boeotiam revertuntur ibique subductis navibus singuli in regna sua hiematum discedunt. interim in eo otio regi Agamem-

1 praemissent G | dein] dum $E^1V\tau$ *corr.* E^2 | percontatus *ex* -ur E^2 percunct. *ut semper* σBP percunctantur B || **2** doctusque *in ras.* E^2 docentque τ || **3** uti EP | veniunt *sed corr.* G | tum Eπ || **4** desiderio G^1 *corr.* G^2 || **5** nuntiavere *in ras.* E^2 || **9** recipiunt G || **10** relictus E^1V reliquus *in mg.* E^2 *cf. Frie. 67* | magnificentiae β || **11** nam V | ex] pro E *cf. Frie. 49* | frumenta P || **13** fratrem P || **14** deprecabatur B || **15** eas B | hi itaque] itaque *in ras.* E^2 hique ita σBgT hique itaque t || **17** filios *om.* V | vulnera σ || **18** inspecta cura : in- *in ras.* E^2 despecta cura τF *fortasse recte, sed cf. Frie. 48 sq.* inspecto crure *Vind.* infecta cura *Wass.* suscepta cura *Wopk.* inspectum vulnus absterso cruore *Obr.* || **18.19** aptam d. medicinam P || **20** ubi tritis *in ras.* E^2 detritis T de certis t *cf. Frie. 34* || **22** occipit EV accepit G coepit σB || **27** otio] negotio R *in mg.* P

noni cum Menelao fratre exercere discordias vacuum fuit ob proditam Iphigeniam. is namque auctor et veluti causa luctus eius credebatur.

8. Per idem tempus, ubi de coniuratione universae Graeciae apud Troiam conpertum est, auctoribus nuntii eius Scythis barbaris, qui mercandi gratia per omnem Hellespontum commutare res cum accolis sueti ultro citroque vagabantur, metus atque maeror universos invasere, cum singuli, quibus ab initio Alexandri facinus displicuerat, male actum adversum Graeciam et ob id paucorum pravitate in communem perniciem praecipitatum iri testarentur. inter quae tam sollicita magna cura plurimi ex omni ordine electi ad contrahenda ex finitimis regionibus auxilia ab Alexandro aliisque pessimis consultoribus dimittuntur hisque mandatur, uti quam primum expedito negotio remearent. quod ea gratia maxime a Priamidis festinabatur, uti propere instructo exercitu tempus profectionis antecaperent atque omne quod parabatur bellum in regiones Graeciae transportaretur.

9. Dum haec apud Troiam geruntur, Diomedes incepti eorum certior factus magna celeritate per omnem Graeciam pervagatus universos duces convenit hisque consilium Troianorum aperiens monet atque hortatur, uti quam primum instructi rebus bello necessariis ad navigandum festinarent. neque multo post re cognita Argos ab omnibus convenitur. ibi Achilles regi indig-

1 discordiam suam (*add.*) V | supervacuum (super *in ras.* m^2) E || **2** perditam V | haec (*sed* c *del.*) E^1 is *sscr.* E^2 hoc V | aucta V || **6** nuntii e. sestis G nuntii (-iis B) e. scitis σB n. e. sortis RP nuntiis secutis E^1τF *ex quo* nuntii eius E^2 nuntii eius (Scythis *om.*) V || **7** res] merces F || **8** ultra citraque B || **9.10** factum Al. facinus V || **10** factum E^1 facinus *sscr.* E^2 || **10—12** actum — testarentur *om.* V || **11** pravitatem E || **12** praecipitatam viri G^1 *corr.* G^2 praecipitaturi B praecipitatum iri : prae *in ras.* E^2 mancipatum iri τF *in mg.* P | publice (*add.*) testarentur *in ras.* E^2 || **12.13** interea iam soll. magnaque E^1Vτ *corr.* E^2 || **13** plures EV | lecti EV || **17** maxime *om.* P || **19** antecaperet P | atque] ante B || **20** regione V | transportaretur : rentur *sscr.* E^2 || **21** cum E^1 *corr.* E^2 | incepto βP coepti V || **24** monet eos P

natus, quod propter filiam renueret profectionem, ab Ulixe in gratiam reductus est. is namque diu maesto ac luctu obsito Agamemnoni insinuans, quae circa filiam eius evenissent, animum atque ornatum regis reformavit. igitur cunctis praesentibus quamquam a nullo officia militiae neglegebantur, praecipue tamen Aiax Telamonius et Achilles cum Diomede curam maximam studiumque inportandi belli susceperant; hisque placet, uti praeter contractam classem naves, quibus loca hostilia incursarent, praeparentur. ita diebus paucis quinquaginta navium classem instructam omni genere conpingunt. ceterum ab incepto militiae eius octavo iam anno ad hoc usque tempus consumpto initium noni occeperat.

10. At ubi instructae omni modo classes et mare navigii patiens neque ulla res impedimento erat, Scythas, qui forte mercandi gratia eo adpulerant, conductos mercede duces profectionis eius delegere. per idem tempus Telephus dolore vulneris eius, quod in proelio adversum Graecos acceperat, diu adflictatus, cum nullo remedio mederi posset, ad postremum Apollinis oraculo monitus, uti Achillem atque Aesculapii filios adhiberet, propere Argos navigat. dein cunctis ducibus causam adventus eius admirantibus oraculum refert atque ita orat, ne sibi praedictum remedium ab amicis negaretur. quae ubi accepere Achilles cum Machaone et Podalirio adhibentes curam vulneri brevi fidem oraculi firmavere. ceterum Graeci multis immolationibus deos adiutores incepto invocantes Aulidam cum praedictis navibus veniunt atque inde propere navigare incipientibus dux Telephus ob acceptam

2 ad (in *sscr.* m^2) gratiam E | diu maesto *in ras.* E^2 tum maesto τ || **3** lucto G^1 *corr.* G^2 | obsitus B obsitu H || **4** eius filiam σ | regis] magis σB eius P eius regis R || **8** studium G^1 *corr.* G^2 || **10** incursarentur H | praepararentur EV || **14** nono coeperat EV *ex quo* noni coeperat E^3 nonus accep. P n. acc. *ex* n. occ. S^2 novi acep. H || **15** omni modo] omnino B || **16** navigio patiens GσB navigio patens *Or.*, *De.*, *Mei.*; *v. adn. cr.* || **19** Telephus *om.* V | dolorem (*sed corr.* E) GσE || **22** uti *om.* V || **25** referet H || **26** abnegaretur EV || **31** dux] dum γP | accepti *Obr.*

gratiam factus. ita ascensis navibus ventos nacti paucis diebus ad Troiam pervenere.

11. Per idem tempus Sarpedon Lycius Xanthi et Laodamiae frequentibus nuntiis a Priamo accitus cum magna armatorum manu adventabat. is ubi animadvertit procul magnam vim classium admotam litori, ratus ut negotium erat, propere suos instruit Graecosque degredi incipientes invadit. neque multo post re cognita Priamidae arreptis armis accurunt, cum interim Graeci infensis hostibus et omni modo instantibus neque degredi sine pernicie neque arma capere turbatis omnibus et ob id cuncta impedientibus possent. ad postremum tamen hi, quibus in ea festinatione armandi semet potestas fuit, confirmati inter se invicem acriter hostes incurrunt. sed in ea pugna Protesilaus, cuius navis prima omnium terrae admota erat, inter primos bellando ad postremum telo Aeneae ictus ruit. occidere etiam duo Priami filii neque reliqua multitudo utraque ex parte cladis eius expers fuit.

12. Ceterum Achilles et Aiax Telamonius, quorum virtute Graeci sustentabantur, magna gloria dimicantes metum hostibus et fiduciam suis effecere. neque amplius resisti iam apud eos poterat, quin paulatim decedentibus his, quos adversum ierant, ad postremum cuncti fugarentur. ita libero ab hostibus tempore Graeci subductas naves atque in ordinem compositas tuto conlocant. dein ex omnibus Achillem et Aiacem Telamonium, quorum virtute maxime fidebant, custodes deligunt his-

1 gratiam sanus est (esset **P**) factus **RP** *quod rectum esse putat Fra.* | ventus **H** | ex sententia *post* nacti *add.* ε || **2** ad *om.* **F** | venere **F** || **3** xantippi *ex* xanti E^3 | filius *post* Laod. *add.* **EV** *cf. Lö. 54* || **6** magnavim **R** | admotam : ad *in ras.* E^3 remotam τ || **7** erat *in ras.* E^3 | et (*add.*) prop. **V** | egredi E^1τ digredi σ *ex* egr. E^3 aggredi **V** || **10** infestis E^1 *corr.* E^2 infesti (infensis *in mg.*) **P** in offensis σ || **11** digredi σ**V**t | sine *om.* E^1τ *sscr.* E^3 | perniciter τ *quod rectum esse contendit Frie. 98* | valentibus *post* capere *add.* **RP** | orbatis E^1**V** *corr.* E^3 || **12** possent *om.* **P** || **14** confirmat E^1 *corr.* E^2 || **18.19** ex utraque σ || **23** apud] adversus **EV** || **25** fatigarentur **BV** | temporum σ || **26** ordine **EV** || **27** his (*add.*) omn. **V** || **28** virtuti (ti *in ras.* E^2) E^2τ in (*add.*) virtutem **V** | fiebant σ | diligunt G^1σ *corr.* G^{rec}

que tutelam classium atque exercitus per latera atque cornua distribuentes tradunt. igitur ordinatis dispositisque omnibus Telephus, cuius ductu ad Troiam navigatum est, magna sui apud exercitum gratia domum discedit. neque multo post circa Protesilai sepulturam nostris occupatis nihilque tali tempore hostile metuentibus Cycnus, cuius haud procul a Troia regnum, cognito adventu nostro, clam atque insidiis Graecos invadit eosque ancipiti malo territos sine ullo ordine ac disciplina militari fugere coegit. dein propere reliqui, quibus non ea humatio demandata erat, re cognita armati eunt contra; in quis Achilles congressus cum rege eumque et magnam vim hostium interfecit, conversis in fuga hoc modo liberatis.

13. Ceterum sollicitis ducibus et multorum clade ob crebras hostium incursiones anxiis decernitur, uti primum finitimas Troiae civitates cum parte exercitus adeant easque omni modo incursent. ita omnium primam Cycni regionem invadunt vastantque circum omnia. sed ubi Neandriensium civitatem, quae regni caput filiorum Cycni nutrix memorabatur, nullo resistente invasere atque ignem subicere coepere, cives eius multis precibus lacrimisque orare, uti ab incepto desisterent, per omnia humana atque divina nixis genibus deprecantes, ne delicta pessimi ducis civitatem innoxiam et paulo post fidam sibi luere paterentur. hoc modo per miserationem servata civitas. ceterum regios pueros Cobin et Corianum eorumque sororem

2 distribuendos *De.* || **6** in (*add.*) tali E V || **7** troia *in ras.* E^3 || **8** fuerat (*add.*) regnum R P regnum erat (*add.*) E V τ *cf. Fra. 152* | ex *ante* insidiis *coni. viri docti* || **9** perterritos E π || **11** mandata E^1 V τ *corr.* E^2 || **12** contra eunt E V || **14** interfecit : -ecit *in ras.* E^3 interficit t | in fugam EV mox in fugam F atque in fuga *De. cf. Frie. 68; v. adn. cr.* | reliquis atque *post* fugam *add.* E V F *cf. Fra. 152* || **16** anxius (*corr.* S^2) σ || **18** adeunt B | incursant B | itaque P | primum P || **20** mentorensium *lbb. cf. 30, 3; 30, 8; v. adn. cr.* || **21** altrix E^1 π nutrix *in mg.* E^2 P | existente V || **22** contra (*add.*) invasere V | igni subegere V ignem subiecere E || **23** ut E V || **24** nixi (ne- σ) γ *cf. Lö. 47* || **25** pessumi G pessime R | pessumduci σ || **26** et] ac E P | fidem σ || **27** civ. serv. est (*add.*) σ || **28** et] atque P | Coryaneum E Conaneum V

Glaucen expetentibus Graecis tradidere, quam nostri Aiaci ob fortia facta eius exceptam reliquae praedae habendam concedunt. neque multo post Neandrienses supplices et cum pace ad Graecos conveniunt amicitiam et omnia, quae imperavissent, facturos polliciti. quis perfectis Graeci Cillam adgressi expugnavere. neque tamen Carenen, quae haud procul aberat, contingunt in gratiam Neandriorum, qui domini civitatis eius fideles atque amicissimi nobis ad hoc tempus permanserant.

14. Eadem tempestate oraculum Pythii Graecis perfertur: concedendum ab omnibus, uti per Palamedem Apollini Zminthio sacrificium exhiberetur. quae res multis grata ob industriam et amorem viri, quem circa omnem exercitum exhibebat, nonnullis ducum dolori fuerat. ceterum immolatio centum victimarum, sicuti praedictum erat, pro cuncto exercitu exhibebatur praeeunte Chryse, loci eius sacerdote. interim re cognita Alexander congregata armatorum manu ad prohibendum venit. eum duo Aiaces, priusquam ad templum adpropinquaret, interfectis plurimis fugavere. sed Chryses, quem sacerdotem Zminthii Apollinis supra diximus, utriusque exercitus offensam metuens, quisque partium ad eum venerat, cum his se adiunctum esse simulabat. interim in eo sacrificio Philocteta haud procul ab ara templi eius adstans morsu serpentis forte contingitur. dein ab omnibus, qui animadverterant, cla-

2 acceptam H | rel.] in quae V || **3** mentorenses *lbb. cf. 29, 20; 30, 8* || **5** facturos se (*add.*) V || **6** Quibus E | graecis H || **7** corone σ coronem *sive* -en *ctt. lbb.* Carenen *Du. 49, adsent. Mei. Eph. 373* | erat V || **8** meandriorum γP meandrinorum EVF *cf. 29, 20; 30, 3* | dom.] ad animis E^1 *corr.* E^3 *om.* V || **9** vere *ante* tempus *add.* V || **11** pitii regis E^1Vτ *corr.* E^3 *cf. Frie. 19, 1* | profertur H || **13** Apollinis Minthio V | sminthio (s *in ras.* m^2) E Minthio τ(E^1?) Ziminthio P *cf. 30, 22; 42, 4* || **14** gratia *sed corr.* G || **17** cuncta G^1 *corr.* G^2 || **18** praetereunte E^1 preunte *sscr.* E^2 praeerat B | eius] illius RP | rem H || **20** cum duo V quem duo *ex* eum quo E^2 quemque t quem quidem T || **21** propinquaret E || **22** Zminthii *ut 30, 13* || **23** offensum BV | metuetis F timens P || **24** enim *post* quisque *add.* E^2 | quisquis T ut quisque *Vind.* | quisque p. ad eum *om. sed lac.* P | venat F || **25** haud] tum τ haud tum (haud *in ras.* m^3) E haud tamen V

more sublato Ulixes adcurrens serpentem interficit. neque multo post Philocteta cum paucis, uti curaretur, Lemnum insulam mittitur, namque in ea sacra Vulcano antistites dei inhabitare ab accolis dicebatur solitos mederi adversus venena huiusmodi.

15. Per idem tempus Diomedes et Ulixes consilium de interficiendo Palamede ineunt, more ingenii humani, quod inbecillum adversum dolores animi et invidiae plenum anteiri se a meliore haud facile patitur. igitur simulato quod thesaurum repertum in puteo cum eo partiri vellent, remotis procul omnibus persuadent, uti ipse potius descenderet eumque nihil insidiosum metuentem adminiculo funis usum deponunt ac propere arreptis saxis, quae circum erant, desuper obruunt. ita vir optimus acceptusque in exercitu, cuius neque consilium umquam neque virtus frustra fuit, circumventus a quibus minime decuerat indigno modo interiit. sed fuere, qui eius consilii haud expertem Agamemnonem dicerent ob amorem ducis in exercitum et quia pars maxima regi ab eo cupiens tradendum ei imperium palam loquebantur. igitur a cunctis Graecis veluti publicum funus eius crematum igni, aureo vasculo sepultum est.

16. Interim Achilles ministras et veluti officinam belli proximas Troiae civitates ratus sumptis aliquot navibus Lesbum adgreditur ac sine ulla difficultate eam capit et Phorbanta, loci eius regem, multa ad-

3 sacri (-i *in ras.* E^2) S R B E^3 P τ *om.* H | Vulcano *om.* B || **4** antestites G antistes V | dei inhabitare] deinhabitare G deinde habitare V inhabitare (de *eras.* E de *sive* dei *om.* βτ) β E τ habitare (dei in *sive* de in *om.*) P | dicebantur γ P *ex* dicebatur E^{rec} | soliti R P || **3–5** *v. adn. cr.* || **8** inbellum γ *cf. Lö. 47 sq.* || **9** anteiris ea a B ante irrisae a V || **11** *v. adn. cr.* || **12** ut E V | insidiose γ P insidiosi *Hei.* nihil insidiosi summetuentem *De. cf. Frie. 96* || **13** adminiculos σ | usum] ipsum V vilsum t suspensum *sscr.* E^2 || **15** ita ut vir G Ita vir *in ras.* E^3 ita vir ut V | cuiusque γ || **16** frustra// (*eras.* ta?) E | fuerat E V τ | circumventus *in ras.* E^2 conventus t || **18** haud] aut B || **19** dic.] crederent P | in exercitu *Per. § XXXIX; sed v. adn. cr.* || **21** loquebatur E || **22** funus eius curatum, corpus crematum *Ro. 749* || **26** ac] et V || **27** forbantam (ph- V) E V forgantam F

versum Graecos hostiliter molitum interficit atque inde Diomedeam, filiam regis, cum magna praeda abducit. dein Scyrum et Hierapolim, urbes refertas divitiis, cunctis suorum poscentibus vi magna adgressus paucis diebus sine ulla difficultate excindit. ceterum, qua pergebat, agri referti iugi pace depraedati omnibusque vexati neque quicquam, quod amicum Troianis videretur, non eversum aut vastatum relinqui. quis cognitis finitimi populi ultro ad eum cum pace adcurrere ac, ne vastarentur agri, dimidio fructuum pacti dant fidem pacis atque ab eo accipiunt. his actis Achilles ad exercitum regreditur magnam vim gloriae atque praedae adportans. eodem tempore rex Scytharum cognito adventu nostrorum cum multis donis adventabat.

17. Ceterum Achilles haud contentus eorum, quae gesserat, Cilicas adgreditur, ibique Lyrnesum paucis diebus pugnando cepit. interfecto deinde Eetione, qui his locis imperitabat, magnis opibus naves replet, abducens Astynomen, Chrysi filiam, quae eo tempore regi denupta erat. propere inde Pedasum expugnare occepit, Lelegum urbem, sed eorum rex Brises ubi animadvertit in obsidendo saevire nostros, ratus nulla vi prohiberi hostes aut suos satis defendi posse, desperatione effugii salutisque attentis ceteris adversum hostes domum regressus laqueo interiit. neque multo

1 molitum *om.* P | interfecit P || **3** Scyrum] phyrram G phyram σB phiram Rπ phyran (phy- *in ras.*) E pirram τ || **5** excidit V || **6** depr. omnibusque] d. omnibus σ depredationibus RP depraedati omnimodisque *vel sim. coni. Wopk.; alii aliter* || **7** rebus *post* vexati *add.* E[1]Vτ *exp.* E[rec] | apud (*add.*) amicum/// quod Tr. V || **8** eversum : e- *in ras.* E[2] *cf. Frie. 46* | reliquit Eπ *cf. Frie. 68* | quibus EV || **9** occurrere *ed. Obr.* || **10** dimidium (-um *in ras.* E[3]) E[3]PtR || **11** iisque E Hisque P | peractis P || **13** simul *ante* adp. *add.* V || **14** nostro E || **16** cilicias EV || **17** eaetione γ Etione P factione EV *cf. 34,4* || **17.18** qui his] quibus G quibus is V || **18** navis V | adducens V || **19** Astionomen V | qui *ex* que *vel* quae S || **20** regi *om.* σ | propera G || **21** cepit EVH | legeorum GB lege eorum S[1]H lelegeorum RP *ex* lege eorum S[2] *ex* lelegorem E[2] Legiorum V lelegonum F Lelegum *Mer.* | brissei P || **22** animum advertit EV | senire B | reatus B || **22.23** nulla vi] nullam V || **23** vim σ | autem (*sed corr.* E) EVσ | desperacioni G || **24** suffugii EV *cf. Frie. 50* | salutique B || **25** regr.] revertens P

post capta civitas atque interfecti multi mortales et abducta filia regis Hippodamia.

18. Per idem tempus Aiax Telamonius Thracum Cherronesum omni modo infestabat. sed ubi rex eorum Polymestor virtutem atque gloriam viri cognovit, diffidens rebus suis deditionem occepit. tuncque Polydorus, Priami filius, quem rex recens natum clam omnes alendum ei transmiserat, merces pacis ab eo traditur. aurum etiam aliaque dona huiuscemodi ad conciliandum hostium animos adfatim praebebantur. dehinc frumentum per omnem exercitum totius anni pollicitus naves onerarias, quas ob id Aiax secum habuerat, replet. multis execrationibus amicitiam Priami adversum Graecos renuens in pacis fidem receptus est. his actis Aiax iter ad Phrygas convertit ingressusque eorum regionem Teuthrantem dominum locorum solitario certamine interficit ac post paucos dies expugnata atque incensa civitate magnam vim praedae trahit, abducens Tecmessam, filiam regis.

19. Igitur ambo duces multis vastatis atque expugnatis regionibus ipsi clari atque magnifici ingenti nomine, per diversa loca quasi de industria eodem tempore ad exercitum remeavere. dein per praecones conductis in unum cunctis militibus ducibusque progressi in medium singuli laborum atque industriae documenta in conspectu omnium exposuere. quae ubi Graeci animadvertere, favore ingenti ac laudibus eos prosecuti mediosque statuentes ramis oleae corona-

2 adducta V || **4** eorum rex GR || **6** accepit V | tumque Eπ || **7** clam omnes] hominis (-ni R)γ omnes homines *Hei.* || **8** trad.] accipitur B || **9** cuiusquemodi *Mer. adsent. De. aliisque* | conciliandos EV *cf. Lö. 54* || **10** Dein Eσ Deinde V || **12** habebat V || **13** multisque Eπ *cf. Lö. 55* || **14** pacem fidemque EV || **15** actis] iter R | phrygias (phri- V fri- H)πH || **16** teuthandrum (*sive* theuth- *sive* teut-) γ *in mg.* P *cf. 34, 16* | loc. eorum (*add.*) dom. P || **17** interfecit $E^1\tau$ *corr.* E^{rec} || **19** adducens (*sed corr.* P) GP frg. Reich. | tecmissam (teom- σ)γP *ex* tecmessam E^2 tecmesiam t *cf. 34, 17* || **21** cum *ante* ingenti *add.* EV || **22** loco *sed corr.* G | atque *post* loca *add.* V || **23** remeare R revertere V || **25** suorum *post* laborum *add.* Eπ *cf. Fra. 152* || **26** conspectum EV *cf. Frie. 50 sq.* || **27** animadv.] animam ducere H

vere. dein consilium de dividenda praeda haberi coeptum Nestore et Idomeneo in decernendo optimis auctoribus. itaque cunctorem sententia ex omni praeda, quam Achilles adportaverat, exceptam Eetionis coniugem Astynomen, quam Chrysi filiam supra docuimus, ob honorem regium Agamemnoni obtulere. ipse etiam Achilles praeter Brisi filiam Hippodamiam Diomedeam sibi retinuit, quod eiusdem aetatis atque alimonii non sine magno dolore divelli poterant et ob id iam antea genibus Achillis obvolutae, ne separarentur, magnis precibus oraverant. ceterum reliqua praeda viritim ob singulorum merita distributa est. dein quae Aiax adportaverat, Ulixes et Diomedes rogatu eius in medios intulere. ex quis auri atque argenti quantum satis videbatur Agamemnoni regi datur; ac deinde Aiaci ob egregia laborum eius facinora Teuthranti filiam Tecmessam concedunt. ita divisis in singulos quae supererant, frumentum per exercitum dispertiunt.

20. His actis fidem pacti, quod cum Polymestore intercesserat, traditumque Polydorum refert. ob quae cunctis decernitur, ut Ulixes cum Diomede profecti ad Priamum Helenam cum abreptis recuperarent, atque ita Polydorum regi traderent. igitur his pergentibus Menelaus, in cuius gratiam id negotium gerebatur legationis officium eius pariter cum supradictis capit.

1 invidenda H | coeptum est V || **2** Nestorem et Idumeneum V | idomenea G idomeneas B | idomeneo in decernendo: -o in dec- *in ras.* E^2 id. in cernendo τ *fort. recte, sed cf. Frie. 45* || **3** Itaque: Ita *in ras.* E^2 atque Vτ || **4.5** exceptam ... coniugem Astynomen EV -a ... -em -en G -a ... -e -en β -a ... -e -e P *De. cf. Lö. 48; v. adn. cr.* | eaetionis (aet- B)γP fert quis E^1V *ex quo* foctionis (fac- *?*) E^2 regis *in mg.* E^{rec} factionis t facionis T *cf. 32, 17* || **6** ipsum *post* honorem *add.* V | regnum H || **7** brisei *ex* brisi E^2 brysei P || **8** alimoniae (*sed corr.* P)π || **11** oraverunt B || **13.14** rogatu eius *om.* P || **15** satis esse (*add.*) RP | videbantur G || **16** eius *om.* σ | theutranti G *cf. 33, 16* || **17** tecmissam γP *ex* tecmessam E^2 *cf. 33, 19* | inter singulos *Mei. in app.* || **20** fide R | ei *post* quod *add.* V *in mg.* E || **22** a (*add.*) cunctis EπσR *dativus apud verba passiva: 52, 18; 86, 16; 92, 23; 104, 7; cf. La. 15* | uti E ita V || **23** arreptis RBπ *cf. 37, 7* | reciperent σ || **24** proficiscentibus *super* perg. *scr.* E^2 || **25** gratia γF

itaque habentes Polydorum ad Troianos veniunt. sed ubi animadvertere populares electos ac magni nominis viros adventasse, propere senes omnes, quorum consilium haberi solitum erat, in unum conducunt Priamo a filiis domi retento. igitur reliquis praesentibus Graecorum Menelaus verba facit: secundo iam se ob eandem causam venisse. cum multa alia adversum se domumque suam admissa, tum magno cum gemitu filiae orbitatem per absentiam coniugis conqueri, quae cuncta ab amico quondam et hospite non secundum meritum suum evenisse. eam seniores lamentationem inmodicam cum lacrimis accipientes ad omnia, quae ab eo dicebantur, tamquam iniuriae eius participes adnuere.

21. Post quem Ulixes medius adstans huiuscemodi orationem habuit: „credo ego vos, Troiani principes, satis compertum habere, nihil temere Graecos, nihil inconsultum incipere solere, ac semper his iam tum a maioribus provisum atque elaboratum, uti facta gestaque eorum laus potius, quam culpa sequeretur. et ut praeterita bene consulta omittam, iam hoc licet recognoscere. iniuriis contumeliisque Alexandri paulo ante laesa Graecia non ad vim neque ad arma decursum est, quod iracundiae refugium esse solet. nam de consilii sententia legati ad recipiendam Helenam, ut meministis, cum Menelao venimus. quibus praeter superbas verborum minas et insidias occultas nihil a Priamo neque ab eius regulis remissum est. imperfecta

1 perveniunt V *ex* veniunt E^{2} || **3** prope E V || **4** ducunt γ *v. adn. cr.* || **5** ac filiis E π | retentis V || **9** filiae *om.* σ || **10** cuncta] omnia V | quodam P || **11.12** eam . . . lamentationem inmodicam τ F ea . . . lamentatione inmodica γ E π *cf. Frie. 24, 5; v. adn. cr.* || **12** cum *om.* E π | lacrimisque P || **13** part.] patientes P *in mg.* E^{2} *cf. De. XL* || **14** advenere γ || **15** quam G H quae E V | huius modi V || **16** vos *om.* B || **17** haberi P | nihil] neque E P atque V || **18** inconsulte (*sed corr. in mg.* E^{1}) E V || **19** laboratum ε *corr.* E^{2} || **20** qua in *distinxit* E^{rec} | sequatur R P || **21** bene ε *cf. Timp. 331 sq.* a me γ | consultam B | hoc iam γ | licere cognoscere γ *v. adn. cr.* || **23** neque] atque V | recursum V || **24** namque E π || **25** recipiendum R *cf. Fra. 168* || **28** neque] atque E π | ab *om.* V

igitur re, ut opinor, consequens fuit arma capere hisque per vim extorquere, quod amice impetrari nequitum est. itaque parato exercitu ac tot egregiis atque inclitis ducibus ne sic quidem proelium adversum vos inire consilium fuit, sed imitati morem modestiamque solitam iterato ad vos ob eandem causam oratum venimus. cetera in manu vestra sita sunt, Troiani, neque nos pigebit concessisse vobis, si modo sana mens est, decretis salubribus priora male consulta corrigere.

22. Per deos immortales, reputate cum animis vestris, quanta clades et veluti contagio huiusce exempli orbem terrarum occupatura sit. quis enim posthac, cui virile negotium est, recordatus Alexandri facinus non omnia suspecta atque insidiosa ab amico metuere cogetur? aut quis frater fratri aditum patefaciet? quis hospitem aut cognatum non tamquam hostem cavebit? denique si haec, quod haud spero, probaritis, omnia foederis iura ac pietatis apud barbaros Graecosque clausa erunt. quocirca, Troiani principes, bonum atque utile est Graecos receptis universis, quae per vim extorta sunt, amice atque uti par est domum mitti neque opperiri, quoad duo regna inter se amicissima manus conserant. quae cum considero, dolendam hercule vicem

1 iisque E^1 iusque π *sscr.* E^2 isque H || **2** impetrare βEV *cf. Brü. 6; Kühner-Holzw. 1 p. 819* || **3** partito σB | totius Graeciae *post* exerc. *add.* P || **4** si E^1V *corr.* E^{rec} | proelium *om.* P | nos V || **5** mirati H | molestiamque H || **6** iteratu E^1 *corr.* E^{rec} iteratum τ | ad *om.* EV || **7** o troiani B || **8** vos ... nobis σR vos ... vobis B vos (nobis *vel* vobis *om.*) P | consensisse γ *in mg.* P *v. adn. cr.* || **9** consueta E^1V *corr.* E^3 || **10** rep. cum anim. *om.* G rep. c. a. vestris *om.* β || **11** huius G^1B *corr.* G^2 huiusce modi (*add.*) RP || **12** enim] erit GRBP *ex* erat S erat H || **13** neg.] ingenium ε | est] adest qui P | facinoris P || **14** suscepta σ | atque] et EV | cogitur E^1Vτ *corr.* E^3 || **15** fratris *ex* fratri G^2 | patefaciet : ci *in ras.* E^2 | et (*add.*) quis (*corr. ex* quem m^2) E et quem V quem *ctt. lbb.* quis *vulgo; sed fort. verba* quem — cavebit *post* cogetur *collocanda esse Mei. in app.* || **17** hoc BP | haud] aut F *om.* γ *sed* non *ante* omnia *inser.* σRE^2 | probaretis (e m^2) E probaveritis (*ex* probaritis G^2) *ctt. lbb.* || **18** ac piet.] accipietis V || **18.19** clausere V clauserunt t || **20** et (*add.*) Graecos βP | rec. univ. *om.* R || **21** domo γP | dimitti (-i *in ras.* E^2) Eπ || **22** quoad] ut EV | consecrat B^1 *corr. in mg.* B^{rec} || **23** dolendum P | hinc (*add.*) herculis V mehercules E meherculé P hercle B

vestram puto, qui innoxii et culpae eius vacui nati paucorum libidini paulo post alieni sceleris poenas subire cogemini. an vos soli ignoratis, ut affectae sint vicinae atque amicae vobis civitates, vel quae in dies residuis praeparentur? nam captum Polydorum atque apud Graecos retineri cognitum vobis est. qui, si Helena cum abreptis nunc saltem revocetur, inviolatus Priamo restitui poterit, alio pacto bellum differri non potest neque finis bellandi fiet, quin aut omnes Graeciae duces, qui singuli ad eruendam civitatem vestram satis idonei sunt, mortem obierint, aut, quod magis spero confore, capto Ilio crematoque igni posteris etiam exemplum impietatis vestrae relinquatur. quapropter dum adhuc res integra in manibus vobis est, etiam atque etiam providete."

23. Postquam finem loquendi fecit, magno silentio cunctis, ut in tali negotio fieri solet, alienam sententiam expectantibus, cum se quisque minus idoneum auctorem crederet, Panthus clara voce: „apud eos, ait, Ulixe, verba facis, quibus praeter voluntatem mederi rebus potestas nulla est." dein post eum Antenor: „omnia, quae memorata a vobis sunt, scientes prudentesque patiemur neque voluntas consulendi abest, si potestas concederetur. sed, ut videtis, summae rei alii potiuntur, quibus cupiditas utilitate potior est." quae ubi disseruit, mox per ordinem duces omnes, qui ob amicitiam Priami quique mercede conducti auxiliarem exercitum duxerant, introduci iubet. quis ingressis Ulixes secundam exorsus orationem iniquissimos

1 vac. n.] vacuati V v. tanti (nati *sscr. m*[2]) E *cf. Frie. 69* || **3** cogimini G[1] *corr.* G[rec] | soli *om.* V || **5** praeparantur P | namque V || **6** compertum P | est vobis σ || **7** arreptis RBP *cf. 34, 23* | saltim G *cf. 75, 23; 76, 10* | nunc saltem H || **9** omnis E || **10.11** duces ad eru. civ. vestram qui sing. satis i. sunt EV || **12** capito G || **13–15** quapropter – providete *om.* P || **15** etiam *ante* prov. *om.* B || **17** neg.] re (negotio *in mg.*) P || **18** spectantibus V || **19** crederent E *fort. recte: v. 45, 1 sq.; 55, 11; 67, 1; 68, 22; 74, 2; 87, 15; 87, 22 sq.; sed cf. Frie. 69* || **22** prudenterque V || **23** patimur EV | bene *ante* consul. *add.* E π | abesset *fort. scrib. esse Mei. in app.; v. adn. cr.* || **25** cupita u. potiora sunt (cupiditas u. potior est *in mg.* P) E π || **26** diss.] dixerunt B | duces *om.* B || **29** exorsus est B

appellare universos neque dispares Alexandri, quippe qui a bono honestoque elapsi auctorem pessimi facinoris sequerentur. neque ignorare quemquam, quin, si tam atrox iniuria probanda sit, fore, uti malo exemplo disseminato per mortales ipsos etiam, qui haud longe abessent, similia aut graviora hisce sequerentur. ea, ut erant atrocia, cuncti taciti inter se reputare animo atque ita exemplum huiusmodi abhorrentes indignatione rerum permoveri. dein solito more perrogatis seniorum sententiis pari consensu omnium Menelaum indigne passum iniuriam decernitur, solo omnium Antimacho in gratiam Alexandri adversum cunctos reclamante. ac statim, qui de omnibus nuntiatum ad Priamum mitterentur, electi duo hique inter cetera, quae mandata erant, etiam de Polydoro docent.

24. Ea ubi rex accepit, maxime consternatus filii nuntio ante ora omnium corruit. dein a circumstantibus refectus paulisper erigitur; atque ire in consilium cupiens ab regulis cohibitus est. ipsi namque relicto patre conventum inrumpunt ad id tempus, quo Antimachus multis in contumeliam Graecorum praeiactis probris tum demum dimitti Menelaum aiebat, si Polydorus redderetur, postremo eundem casum atque exitum utriusque custodiendum. adversum quae cunctis silentibus Antenor resistere, ac ne quid huiusmodi decerneretur, magna vi repugnare. sed postquam invicem multa consumpta oratione certamen eorum ad manus processerat, omnes qui aderant inquietum ac seditiosum Antimachum pronuntiantes e curia eiecere.

1 neque] atque non V || **2** honesto RP | elapsi *om.* P || **3.4** quin tam . . . si esset (*pro* sit) *in ras.* E^2 quam (*pro* quin) sit atrox i. pr. fore V quam sit atrox i. pr. ius esse fore τ | quin *om.* F *del. De. et Mei.* quire *coni. Ro. 749; sed cf. Lö. 56; v. adn. cr.* || **6** similiora P || **9** praerog. RP prorog. V || **11** antymacho : n *in ras.* E astoimacho t astimacho T Aristimaco V || **12** adversum *om.* V | cunctos *om.* E || **16** rex *om.* B^1 *in mg.* B^{rec} || **20** interruptum B || **21** praelatis (praeiactis *in mg.* m^1) E praeactis H || **22.23** si Pol. redd. *om.* V || **23** exitium E^1 V *corr.* E^2 || **25** huiusmodi: usmodi *in ras.* E^2 huiuscemodi V || **27** eorum *om.* P || **29** pronuntiante se c. G^1 *corr.* G^{rec}

25. Sed ubi Priamidae ingressi sunt, Panthus Hectorem obsecrans, nam is inter regulos cum virtute tum consilio bonus credebatur, hortari, uti Helena nunc potissimum, cum Graeci supplices ob hanc causam venissent, cum amicitia redderetur; neque parum Alexandro ad explendum amorem, si quem circa Helenam habuerat, transactum. quocirca versari ante omnium oculos oportere praesentiam regum Graecorum eorumque facta fortia ac recens partam gloriam erutis amicissimis Troiae civitatibus. ob eam etiam causam Polymestorem exemplum admissi abhorrentem ultro Graecis Polydorum tradidisse. ex quo etiam verendum, ne quid tale commentae finitimae regiones perniciosa consilia adversum Troiam molirentur, nihil exploratum neque fidum, contra insidiosa cuncta atque adversa in obsidione fore. quae si omnes, ita uti res est, animo reputarent neque ulterius differendos legatos paterentur et Helena cum gratia remissa maius atque artius amicitiae pignus inter duo regna coalesceret. quae ubi accepit Hector, recordatione fraterni facinoris tristior aliquantum suffusisque cum maerore lacrimis Helenam tamen prodendam minime rebatur, quippe supplicem domus et ob id fide interposita tuendam. si qua autem cum ea erepta docerentur, cuncta restituenda. namque pro Helena Cassandram sive Polyxenam, quam legatis videretur, nuptum cum praeclaris donis Menelao tradendam.

2 cum] tum B *om.* V || **3** hortari uti] hortati sunt σ | ut E^1π *corr.* E^2 | tunc P || **4** hanc] eam E P || **6** explendam G || **8** graiorum E || **9** partem B || **9. 10** recentem p. victoriam e. antiquissimis Tr. civibus atque amicissimis ob V || **11** exempli γ | admissum V | facinoris *post* adm. *add.* P | abhorrente G adhorrentem B || **13** per tale commentum F | comm. fin.] confinitimae B || **14** nihil exploratum *om.* γ *v. adn. cr.* | expl. esse (*add.*) P || **16** ita *om.* P | uti par esset *Mei., sed revoc. F. 73; cf. Br. 22sq.; Litt. Zentralbl. 1872 p. 1197; Frie. 102* || **18** fore ut *ante* maius *add. Mei., sed cf. Mei. F. 73 et Frie. 60sq.; v. adn. cr.* | artius] certius RP || **19** amicitiae *om.* γ | convalescere EV *v. adn. cr.* || **20** recordationis R | fraterna σ || **21** cum *om.* P || **22** dicebat E^1V rebatur *in mg.* E^2 testabatur σ || **23** interrupta P || **24** dicerentur V | cuncta] tunc ea V || **25** sive] vel Eπ

26. Ad ea Menelaus iracunde atrox: „egregie hercules actum nobis est, siquidem proprio spoliatus commutare matrimonium pro arbitrio hostium meorum cogor.“ adversum quem Aeneas: „ac ne haec quidem, ait, concedentur contradicente ac resistente me reliquisque, qui adfines amicique Alexandro in rem eius consulimus. sunt enim atque erunt semper, qui domum regnumque Priami tueantur neque amisso Polydoro orbitas Priamum insequetur tot talibusque filiis superstitibus. an solis qui ex Graecia sunt raptus huiusmodi concederetur, quippe Cretae Europam quidem a Sidona, Ganymedem ex hisce finibus atque imperio rapere licuerit? quid Medeam? ignoratisne a Colchis in Iolcorum fines transvectam? et ne primum illud rapiendi initium praetermittam, Io ex Sidoniorum regione abducta Argos meavit. hactenus vobiscum verbis actum, at nisi mox cum omni classe ex hisce locis aufugeritis, iam iamque Troianam virtutem experiemini, domi quippe iuventus perita belli abunde nobis est, atque in dies auxiliorum crescit numerus.“ postquam finem loquendi fecit, Ulixes placida oratione: „et hercules ulterius, ait, differri inimicitias haud integrum vobis est. date igitur belli signum, atque ut in

1 iracundia (ia *in ras.* E[3]) EPR iracundiae σB | egregie *om.* V | hercule (u *exp.* B) HRB || **2** nobis *om.* V | amore *post* spoliatus *add.* Eπ | committere R || **3** eorum σ *corr.* S[rec] || **5** ait] a te P *om.* E | concederentur B conceduntur EV || **9** Priam. ins. tot *om.* V | insequitur B || **10** sunt] est σ | eiusmodi V || **11** concedetur β concedentur Eτ *fort. recte* conceduntur V | cum *ante* quippe *sscr.* G[rec] | sidone σB || **12** a *ante* Ganym. *add.* σB *sed eras.* S *exp.* B || **13** qui GσR cur B || **14** iolchorum G colcorum σV colchorum B gregorum R graecorum (graeco- *in ras.* E[3]) EP vilcorum t | transvectum G[1] *corr.* G[rec] translatum R || **15** Io *in ras.* E[3] Ido V || **16** adducta P | nobiscum Hπ || **17** est *post* actum *sscr.* E[2] | ac E[1]V *corr.* E[2] | at nisi *om.* γ || **18** ni aufugeritis H nisi auf. R nauf. B | iam iam EP iamque (iam *om.*) GσB iam (iamque *om.*) R *cf. 50, 16 sq.; v. adn. cr.* || **19** auxilio *post* quippe *add.* γ *sed recte om.* A | domi q.iuv.] deorum quippe ope atque auxilio iuv. Eπ | peritia V || **21** et] me EP ne V || **22** hercule σR | ulterios R | haud] aut V || **23** nobis H | est *om.* β | in *om.* σP

inferendis iniuriis, ita et in inchoando proelio fite auctores. nos sequemur lacessiti." talibus invicem consumptis verbis legati consilio abeunt. ac mox per populum disseminatis quae adversum legatos Aeneas dixerat, tumultus oritur scilicet per eum universam Priami domum odio regni eius pessimo intercedendi exemplo eversum iri.

27. Igitur ubi legati ad exercitum revenere, cunctis ducibus dicta gestaque Troianorum adversum se exponunt. itaque decernitur, uti Polydorum in conspectu omnium atque ante ipsos muros necarent. neque ulterius dilatum facinus. quippe productus in medium visentibus ex muris plerisque hostium lapidibus ictus fraternae impietatis poenas luit. ac mox unus ex praeconibus nuntiatum Iliensibus mittitur, uti Polydorum sepeliendum peterent. missusque ad eam rem Idaeus cum servis regiis foedatum ac dilaniatum lapidibus Polydorum matri eius Hecubae refert. interim Aiax Telamonius, ne quid quietum finitimis Troiae regionibus atque amicis relinqueretur, hostiliter eas ingressus Pityam Zeleamque, civitates divitiis nobiles, capit neque contentus his Gargarum Arisbam, Gergitham, Scepsim, Larissam admiranda celeritate depopulatur. dein doctus ab incolis multa cuiuscemodi pecora in Idaeo monte stabulari, exposcentibus, qui cum eo erant, cunctis cito agmine montem ingressus interfectis gregum custodibus magnam vim pecorum abducit. dein nullo omnium adversante, cunctis qua pergebat

1 et *om.* Eπ *cf. Frie. 66; v. adn. cr. ad 95, 14* | in *om.* σR | incubando *sed corr.* E | fite] fite *vel* site *in mg.* E^2 site σ sitis P fit V || **3** concilio E || **6** et *post* eius *add.* Eπ | intercedi V || **7** eversurum iri V || **8** venere R || **9** gest.] factaque P || **15** lilisensibus (s *exp.*) B iliensibus *ex* ilixientibus R || **17** foed.] sedatum V | laniatum H^1 *corr.* H^{rec} || **18** mortuum *post* Hec. *add.* V || **19** reg. Tr. G || **21** botiram (betiram B bothyram E) cillamque *lbb. corr. De. secundum Eustath. ad Hom. Il. II 691, num recte dubito; v. adn. cr.* | divites EV | nobiles *om.* B || **22** Marisbam (Ma *in ras.* E^3) EPτ | Gerg.] gentum γP *sscr.* E^2 genitem E^{1}VF *corr. Mer.* || **23** miranda EV | depopulatus γ || **24** eiuscemodi V huiuscemodi B || **26** montes EV || **27** adducit V

in fugam versis, ubi tempus visum est, cum magna praeda ad suos convertit.

28. Per idem tempus Chryses, quem sacerdotem Zminthii Apollinis supra docuimus, cognito filiam suam Astynomen cum Agamemnone degere, fretus religione tanti numinis ad naves venit, praeferens dei vultus ac quaedam ornamentorum templi eius, quo facilius recordatione praesentis numinis veneratio sui regibus incuteretur. dein oblatis auri atque argenti donis plurimis redemptionem filiae deprecatur obsecrans, uti magnificarent praesentiam dei, qui secum oratum eos ob sacerdotem proprium venisset. praeterea commemorat, quae in dies adversum se ab Alexandro eiusque consanguineis ob exhibitam per se paulo ante immolationem inimica hostiliaque pararentur. quae ubi accepere, reddendam filiam sacerdoti neque ob id accipiendum praemium universis placet, quippe qui cum per se amicus fidelisque nobis tum praecipue ob religionem Apollinis nihil non mereri crederetur. namque multis iam documentis ac fama incolarum obsequi numini eius per omnia destinaverant.

29. Quae postquam Agamemnon accepit, obviam cunctorum sententiis ire pergit. itaque atroci vultu exitium sacerdoti comminatus, ni recederet, perterritum senem atque extrema metuentem inperfecto negotio ab exercitu dimittit. hoc modo conventu dissoluto singuli reges ad Agamemnonem adeunt eumque multis probris insecuntur, quippe qui ob amorem captivae mulieris seque et, quod indignissimum videretur, tanti

4 zmynthii : z E^2 minthii V hisminthii τ ziminthii P *cf. 30, 13; 30, 22* || **6** nominis GσB || **7** ac] et V || **8** numinis *om.* σ || **11** praesentia P | di G | secum] fecit σ || **12** propriam γπ || **13** memorat V || **14** consanguineas G^1 *corr.* G^2 | exhibitam filiam se (se *eras.* E) EV *cf. Lö. 57* || **16** nostri *post* accepere *add.* P *sscr.* E^2 | sacerdotem G^1 *corr.* G^2 || **17** accipiendam G^1 *corr.* G^2 | fore *post* praem. *add.* σ | omnibus *post* univ. *add.* P | qui *om.* V || **18** amicos fidelesque G^1 *corr.* G^2 -isque *in ras.* S || **19** merere G^1 *corr.* G^2 || **23** ire *del. Ro. 749 comparans 44, 28 sq. et 65, 13 vix recte* || **24** perditum E^1 perterritum *in mg.* E^{rec} || **25** infecto V || **26** dimittitur σ | hoc] Tali EV || **27** sing. re.] reguli reges V | ad *eras.* E *om.* V *cf. 8, 18; 121, 26* || **28** insectantur Eπ | qui] quod E

numinis deum contemptui habuisset. ac mox universi execrati deseruere ob id et memores Palamedis, quem gratum acceptumque in exercitu haud sine consilio eius Diomedes atque Ulixes dolo circumventum necavissent. ceterum Achilles in ore omnium ipsumque et Menelaum contumeliis lacerabat.

30. Igitur Chryses ubi iniuriam perpessus ab Agamemnone domum discessit neque multi fluxerant dies, incertum alione casu an, uti omnibus videbatur, ira Apollinis morbus gravissimus exercitum invadit principio grassandi facto a pecoribus, dein malo paulatim magis magisque ingravescente per homines dispergitur. tum vero vis magna mortalium corporibus fatigatis pestifera aegritudine infando ad postremum exitio interibat. sed regum omnino nullus neque mortuus ex hoc malo neque adtemptatus est. ceterum postquam nullus morbi modus et in dies plures interibant, cuncti duces converso iam in se quisque timore in unum coeunt ac dein flagitare Calchanta, quem futurorum praescium memoravimus, uti causam mali tanti ediceret. ille enim perspicere se originem huiusce morbi, sed haud liberum esse cuiquam eloqui, ex quo accideret, uti potentissimi regis contraheret offensam. post quae Achilles reges singulos adigit, ut interposita iurisiurandi religione confirmarent nequaquam se ob ea offendi. hoc modo Calchas, ubi cunctorum animos in se conciliavit, Apollinis iram pronuntiat: eum namque ob iniuriam sacerdotis infestum Graecis poenas ab

1 sacerdotem *post* deum *add.* P | contemptu σ | universe H || 2 id et] idque et EV || 3 exercitui *in mg.* E² | aut E¹ *corr.* E² || 8 fluxerunt Eπβ *ex* fluxerant G² *cf. Br. 7; Frie. 57* || 9 incertum est P | an *om.* B || 10 morbus — principio *om.* σ || 11 facta G¹ *corr.* G² || 12 magisque] ac magis V || 13 tum] Fuit V || 15 interibant E¹V *corr.* E² *v. adn. cr.* | omnimodo σ || 16 malo] morbo P | neque] atque EV || 17 m. modus] morbidus V | interibant : ibant *in ras.* E² intereunt τ || 18 cuncta G¹ *corr.* G² | iam *om.* P || 19 Calcantem V || 20 mali] morbi P | tanti mali σRV || 21 enim] ei F autem *Wopk.* | perspicere : pro *sscr.* E prosp. P | huius B tanti RP || 22 quicquam EV || 23 accederet G || 24 post quae] postquam γP | adegit *ex* adigit G² adiit P | uti E¹ *corr.* E² || 26 eam E¹ *corr.* E^rec | defendi V || 27 iram *om.* E¹V *in mg.* E² (?)

exercitu expetere. dein perquirente Achille mali remedium restitutionem virginis pronuntiat.

31. Tum Agamemnon coniectans, quod mox accidit, consilio tacitus egressus cunctos, quos secum habuerat, in armis esse iubet. id ubi Achilles animadvertit, commotus rei indignatione simul pernicie defessi exercitus anxius defunctorum corpora miserandum in modum confecta undique in unum colligi iubet atque in conventu ante ora omnium proici. quo spectaculo adeo commoti reges gentesque omnes, uti adversum Agamemnonem ab cunctis pergeretur duce atque auctore Achille et si perstaret suadente exitio vindicandum. quae ubi regi nuntiata, pertinacia animi an ob amorem captivae cuncta extrema ratus experiri nihil remittendum de sententia destinaverat.

32. Ea postquam Troiani cognovere, simul ex muris conflagrationem corporum assiduam crebrasque sepulturas animadvertere doctique etiam reliquos incommodo cladis eius debiles agere, cohortati inter se arma capiunt ac propere cum manu auxiliari effusi portis pergunt advorsum. ac dein per campos exercitu bipertito Troianis Hector, Sarpedon auxiliaribus duces facti. tum nostri visis contra hostibus armati atque instructi pro negotio simplici fronte aciem composuere circa cornua divisis ducibus: dextrum Achilles cum Antilocho, alterum Aiax Telamonius cum Diomede curabant, medios accepere Aiax alter atque Idomeneus dux noster. hoc modo exercitu utrimque composito per-

3 Tunc G | contestans E^1 *in mg.* P *corr.* E^2 || **4** cunctus H | quos] quae G^1 *corr.* G^2 || **8** in unum *om.* V | atque] eaque V || **9** ad eum G || **10** omnes *post* commoti *add.* RP || **13** ubi] ut P | nuntiata sunt E π *cf. Lö. 65* | pertinaci animo ab amore captivae EV || **14** mulieris *post* capt. *add.* RP *sscr.* E^2 | ratus] paratus EV raptus R *cf. Lö. 57 sq.; Frie. 71* || **16** Ea — muris *in ras.* E^3 | Ea] Et τ | simul ex muris *om.* Vτ || **18** incomm.] in eo modo V || **19** eiusdem RP | agere] hac re V *ex* ac re E^2 || **20** //capiunt (ca *in ras.* m^3) E accipiunt t cepere V | effusi *om.* σR effusi portis *om.* B || **21** nostros *post* advorsum *add.* P *sscr.* E^2 | exercitum bipertitum E^1 *corr.* E^3 || **23** nostris π || **24** fronte] formae γ | simplicis formae *edd. vett.* | aciem] Aiacem V *v. adn. crit.* || **27** medius H | accepere *om.* σ

gunt obviam. at ubi in manus ventum est, cohortati suos quisque acie conflixere. tum vero in aliquantum tracto certamine plurimi utriusque partis cadunt praecellentibus in ea pugna barbarorum Hectore et Sarpedone, Graecorum Diomede cum Menelao. dein nox communis amborum requies proelium diremit. igitur reducto exercitu corpora suorum cremata igni sepeliunt.

33. Quis perfectis Graeci statuunt inter se Achillem, cuius in adversis Graecorum casibus sollicitudo praecipua videbatur, rem omnium confirmare. sed Agamemnon anxius, ne decus regium amitteret, in consilio verba facit: sibi maxime cordi esse exercitus incolumitatem neque ulterius differre, quin Astynome parenti remitteretur, maxime si restitutione eius instantem perniciem subterfugerent nec quicquam deprecari amplius, si modo in locum eius Hippodamiam, quae cum Achille degeret, vicarium munus amissi honoris acciperet. quae res, quamquam atrox omnibus et indigna videbatur, tamen conivente Achille, cuius id praemium pro multis et egregiis facinoribus fuerat, effectum habuit. tantus amor erga exercitum curaque in animo egregii adulescentis insederat. igitur adversa cunctorum voluntate neque tamen quoquam palam recusante Agamemnon, tamquam ab omnibus concessa res videretur, lictoribus ut Hippodamia abstraheretur imperat; hique brevi iussa efficiunt. interim Astynomen

1 exhortati P || **2** aciem V | confluxere BP *cf. 49, 25* | vero] modo H || **3** plurimi *om.* γ *cf. Frie. 72, sed v. adn. cr.* || **4** in ea] ita V || **5** vero *post* Graecorum *add.* P *sscr.* E[2] | mox *ante* nox *add.* B || **7** educto β | eorum H || **10** praecipue V || **11** rem] regem ε *fort. recte, sed cf. Frie. 72sq.* || **14** qui B | parenti *om.* E[1] *in mg.* E[2] || **14.15** astynomen p. remitteretP || **16** subtergerent *sed corr.* G subterfugeret V | nec] ne H | quisquam B | depraedari *sed corr.* B || **17** si *om.* EV | loco B || **18** reciperet V || **20** conivente *om. sed lac.* B *in ras.* G[2] annuente V *v. adn. cr.* | tamen coniv. *om.* H tamen coniv. Achille *om.* S | cui E[1]V *corr.* E[2] || **21** datum *post* fuerat *add.* V || **22** exerc. erga β | in *om.* E[1]V *sscr.* E[rec] || **24** quoquam *in ras.* E[2] quemquam t quam V *cf. Uss. 14, 1; Frie. 19, 3* || **25** agamemnone V || **26** tamen ab omnibus *ante* lict. *add.* V | uti E | ab achille *ante* abstr. (distr. P) *add.* E π

Graeci per Diomedem atque Ulixem cum magna copia victimarum ad fanum Apollinis transmisere. dein perfecto sacrificio paulatim vis mali leniri visa, neque amplius adtemptari corpora et eorum, qui antea fatigabantur, tamquam sperato divinitus levamine relaxari. ita brevi per universum exercitum salubritas vigorque solitus renovatus est. mittitur etiam Philoctetae ad Lemnum portio praedae eius, quam Graeci per Aiacem atque Achillem advectam inter se viritim distribuerant.

34. Ceterum Achilles memor iniuriae supra dictae abstinendum publico consilio decreverat odio maxime Agamemnonis abolitoque amore, quem circa Graecos habuerat, scilicet quod eorum patientia post tot bellorum victorias ac facta fortia Hippodamia concessum pro laboribus praemium per iniuriam abducta esset. dein venientes ad se duces aditu prohibere neque cuiquam amicorum ignoscere, qui se, adversum Agamemnonis contumelias cum defendere liceret, deseruissent. intus igitur manens Patroclum et Phoenicem, hunc morum magistrum, alterum obsequiis amicitiae carum, et aurigam suum Automedontem secum retinebat.

35. Per idem tempus apud Troiam exercitus sociorum quique mercede conducti auxiliares copias adduxerant, tempore multo frustra trito taedione an recordatione suorum domi seditionem occipiebant. quod ubi animadvertit Hector, coactus necessitate militibus, ut apud arma essent, iubet ac mox, ubi signum daretur,

5 spirato EP insperato *Ro. 750* || **7** omnibus *post* est *add.* V | ad *om.* E || **9** virium R || **13** Ab alitoque σ || **15** facta *om.* σB || **17** adito R addita (-d- σ)σB || **18** amicorum] eorum EP *cf. Frie. 65* || **18.19** cum *ante* advers. *non ante* def. *inser.* R || **19** contum.] iniurias V | cum] eum B | disseruissent B || **21** earum B || **24** adduxerunt V || **25** multo *om.* F | frustra trito tedio ne (trito t. ne *in ras.* m^3) E frustrato (-ti T) tedio ne odio τF frustra trito editione β frustrari tota editione G frustrati tote editione V frustrato, seditione, odio *edd. vett.*, *corr. Mer.*; *cf. Lö. 48* || **26** domi seditionem] d. seditione E^1 *corr.* E^2 non F domuitionem *Mer.* in domum reditionem *De. in app.* | accipiebant γP recip. V || **27.28** uti in armis (in *et* -is *in ras.* E^2)EV || **28** at B | datur E^1V *corr.* E^2

sequerentur sese. igitur postquam tempus visum est et omnes in armis nuntiabantur, iubet egredi; ipse dux atque imperator militiae.

Res postulare videtur eorum reges, qui socii atque amici Troiae quique ob mercedem auxiliares ex diversis regionibus contracti Priamidarum imperium sequebantur, edicere. primus igitur portis erumpit Pandarus Lycaone genitus ex Lycia, dein Hippothous †Pylei† ex Larissa Pelasgidarum, Acamas †...† Piros ex Thracia, post quos Euphemus Troezenius Ciconiis imperitans, Pylaemenes Paphlagonius patre Melio gloriosus, Odius et Epistrophus, filii Minui, Alizonorum reges, Sarpedon, Xantho genitus, rector Lyciorum ex Solemo, Nastes et Amphimachus Nomionis de Caria, Antiphus et Mesthles genitore Talaemene Maeonii, Glaucus Hippolochi Lycius, quem sibi Sarpedon, quod praeter ceteros regionis eius consilio atque armis pollebat, participem bellicarum rerum adsciverat, Phorcys et Ascanius Phryges, Chromius et Ennomus Mygdones ex

2 omnis EV | esse *post* armis *sscr.* E[2] | nuntiabatur V || **4** autem *post* res *add.* P | postulature B | videretur *sed corr.* E || **5** axiliares G | div. ex E || **6** priami clarum B || **7** adicere B | primum E[1]V *corr.* E[2] *cf. Frie. 73* || **8.9** *v. adn. cr.* | lycaonie σ | yppothous pylei (pi-B) ex lar. γP hippothous plei ex l. E hipotous philei ex L. V Hippothous et Pylaeus lethi ex L. *De., Mei.* | Pelagidarum (-igi-P)γP | achamas ameri (anieri Gσ) pleri (pleni B) pyros (Pyrros R pirros P) ex th. γP agamas (ch *sscr.*) ex th. E Athamas ex th. V achamas ex th. F Ameri pleri pirros *in mg.* E[2] || **10** tryzenius (tri-EP)GEP trytenius σ trizemius R tirytemus B Trigenius V | Ciconis V || **11** philomenes V || **12** Odius] Dius EV | minoi β myni (noi *sscr. m*[2]) E Mini V | azanorum GRP atanorum σB aganorum (z *sscr. m*[2]) E agenorum V Alizonum *Vind.* Alizonorum *De. Eustathium secutus* | regis π || **13** Sancto V | licininium V || **13.14** exolemonates (-ma- V)EV ex iole monates F *corr. Mer.* || **14** antimachus E[1] *corr.* E[2] | decara (*sive* de cara) γP *om.* E[1]V decara *in mg.* E[2] | antifilus (-ph- π) Eπ || **15** Mnstheus V menesthles P | talimeneo γ talemeneo (-la- P)EP Telameneo V | Meni V | caucus E[1] *corr.* E[2] Claucus B Caurus V | hippolichi (-p-; -chy) *lbb., corr.* E[2] || **17** regiones E || **18** phorcus RP *ex* phorcis E[2] porcys *vel* phorcys *ctt. lbb.* || **19** prominus γP fronimus E fonimus V phronius F *corr. Mer.* | et Ennomus (*ex Hom. Il. II 858 propter plr.* Mygdones) *add. De.; v. adn. cr. ad 47, 8 sqq.* | mydones (mi-) γ mydonis E anidionis F *corr. De.*

Mysia, Pyraechmes Axii Paeonius, Amphius et Adrastus, Merope geniti, ex Adrestia, Asius Hyrtaci de Sesto. dein alius Asius, Dymante genitus Hecubae frater, ex Phrygia. hos omnes, quos memoravimus, secuti multi mortales inconditis moribus ac dispari sono vocis, sine ullo ordine aut modo proelia inire soliti.

36. Quod ubi nostri animadvertere, in campum progressi more militiae aciem ordinant magistro ac praeceptore componendi Menestheo Atheniensi, ordinant autem per gentes atque regiones singulas seorsum manente Achille cum Myrmidonum exercitu. is namque, quamquam ob inlatam ab Agamemnone iniuriam et abductam Hippodamiam nihil animi remiserat, tamen maxime indignatus, quod reliquis ducibus ad cenam deductis solus contemptui habitus intermitteretur. ceterum ordinato exercitu ac tunc primum omnibus copiis adversum se instructis hostibus, ubi neutra pars committere audet, paulisper in loco retentis militibus tamquam de industria utrimque receptui canitur.

37. Iamque Graeci regressi ad naves arma deponere ac singuli per loca solita corpus cibo curare occeperant, cum Achilles ultum ire cupiens iniurias ignaros consilii sui nostros et ob id otiose agentes clam invadere temptat. at ubi Ulixes a custodibus, qui eruptionem eius praesenserant, rem comperit, propere duces circumcursans magna voce monet atque hortatur, uti armis arreptis tuerentur sese, dein consilium incep-

1 moesia γ *cf. 20, 24* | pureclimus (-cly-) γ pyregamus (pi- V) E V *corr. Merc.* | anxii (asii *in mg.* P) γP *om.* E¹V *sscr.* E² *corr. Mer.* | poeonius σ Poleonius V || **2** meropo G E¹V *corr.* E² | genitus R | adrestina γ P hac restina E¹ h *del.* ad *sscr.* (*i. e.* acrestina *vel* adrestina) E² acrestina V | asyus G E | hyrtaci sesto G hyrtacis esto σ B hyrtacus (de S. *om.*) E¹V *corr.* E² || **3** dymanto (di- E π cly- σ; -tho GSB frg. Reich.) *lbb.* || **4** omnis E || **5** inconditi E V | dissipati V | vocis sono E || **9** Mnstheo V || **10** reg.] nationes P || **11** cum *om.* σ || **12** ab *om.* B | obductam *sed corr.* G abductu σ || **13** animis γ π || **15** solis B || **16** tum π || **18** recentis R || **20** reponere P || **21** singula R | curare *om.* G¹ *sscr.* G² | acceperant R || **22** ıri G σ R P iniri B *cf. 120, 8; 125, 20* || **23** habentes V || **24** tentant V | a *om.* E V | qui *om.* P || **24.25** eruptioni eius praesentes erant E V *cf. Lö. 58* || **25** prop.] prodire V || **26** cum *ante* magna *add.* (*sed lit. del.* E) E π || **27** conceptumque P

tumque Achillis singulis aperit. quo cognito clamor ingens oritur festinantibus ad arma cunctis ac seorsum sibi singulis consulentibus. ita Achilles praeverso de se nuntio, ubi omnes in armis sunt neque conata procedere queunt, intemptato negotio ad tentoria regreditur. ac mox duces nostri rati repentino suorum clamore moveri Ilienses et ob id novi quid negotii incepturos, augendae custodiae causa mittunt duos Aiaces, Diomedem atque Ulixem. hique inter se regionem, qua aditus hostibus erat, dispertiunt. quae res non frustra eos habuit. namque apud Troiam Hector causam tumultus eorum cupidus persciscere filium Eumedi Dolonem multis praemiis promissisque inlectum ad postremum, uti exploratum res Graecorum egrederetur, mittit isque non longe a navibus avidus ignara cognoscendi, dum cupit suscepti negotii fidem complere, in manus Diomedis, qui eum locum cum Ulixe custodiebat, devenit ac mox ab his comprehensus refert cuncta atque occiditur.

38. Dein diebus aliquot in otio tritis productio utriusque exercitus praeparatur. divisoque inter se campo, qui medius inter Troiam atque naves interiacet, ubi tempus bellandi videbatur, magna cura universus miles instructus armis utrimque procedere. dein signo dato densatis frontibus conflixere acies, composite Graecis ac singulis per distributionem imperia ducum exsequentibus, contra sine modo atque ordine barbaris ruentibus. ceterum in ea pugna interfecti utriusque partis multi mortales, cum neque instantibus cederetur et exemplo strenuissimi cuiusque, qui iuxta steterat,

4 omnis E ‖ **7** et *om.* E[1]V *sscr.* E[2] | quod σ ‖ **9** hisque H ‖ **10** erat *om.* B ‖ **12** perdiscere *De. comparans 131, 15* ‖ **13** eumeli γP eumedii F | dolorem RB | inlectis *sed corr.* G ‖ **15** hiisque V ‖ **18** custodieba//t (*eras.* n; *totum verbum in ras.*) G | compulsus *vix legi potest super* conpreh. E conprehens G[1] *corr.* G[2] ‖ **19** ab his *ante* occid. *add.* P ‖ **20** tristis (*sed corr.* G) G frg. Reich. | producto τ praeducti V | utrius σ ‖ **21** praeparatur : -paratur *in ras.* E[3] ‖ **23** debellandi B | dividebatur σ ‖ **25** confluxere B *cf. 45, 2* | conpositis (is *in ras.* m^2) E ‖ **26** a (*add.*) graecis V ‖ **28** interficiuntur P ‖ **29** stantibus V | cederent V ‖ **30** quisque *ante* exemplo *add.* H

aequiperare gloriam festinaret. interim vulnerati graviter ex ducibus bello decedere coacti sunt barbarorum Aeneas, Sarpedon, Glaucus, Helenus, Euphorbus, Polydamas, nostrorum Ulixes, Meriones, Eumelus.

39. Ceterum Menelaus forte conspicatus Alexandrum magno impetu inruit, quem evitans neque diutius sustinere ausus Alexander fugam capit. at ubi procul animadvertit Hector concurrens cum Deiphobo comprehendere fratrem, eum verbis maledictisque acrioribus insecuti ad postremum cogunt, uti progressus in medias acies eundem Menelaum conquiescentibus reliquis solitario certamine lacesseret. igitur reducto ad bellandum Alexandro progressoque ante aciem, quod signum lacessentis videbatur, postquam procul animadvertit Menelaus, nunc demum occasionem invadendi inimicissimum sibi maxime oblatam ratus et iam iamque confidens omnium iniuriarum poenas lui sanguine eius, omnibus animis advorsum pergit. sed ubi eos contra se tendere paratos armis atque animis uterque exercitus animadvertit, signo dato recedunt cuncti.

40. Iamque uterque pleno gradu advorsum cedens intra iactum teli pervenerant, cum Alexander, praevenire cupiens simulque ratus primo iaculi eventu locum vulneri inventurum, praemittit hastam eaque inlisa clipeo facile decussa est. dein Menelaus magno impetu iaculatur, haud sane dissimili casu; namque parato iam ad cavendum ictumque declinante hoste telum humi figitur. at ubi novis iaculis manus utrius-

3 polidamus EV || **6** ruit βP | evitanter P || **7** ausus] valens P || **8** dei febo *ex* dei fobo G deiphebo HRBV || **9** eumque Eπ | maledictusque *sed corr.* G || **11** cum quiesc. B | ceteris (reliquis *in mg.*) P || **12** seducto G || **13** bellum B | praegressoque σ productoque V | ante] extra EV || **14** lacessentibus γ *cf. Lö. 48* || **15** nunc] hunc V | evadendi B || **16** inimicissimi EV *cf. Lö. 54* | oblatum P || **16.17** iratus (i *exp.* B) et iam (iam *om.* B) iamque γ ratus (*in ras.* m^3, *super quod* iratus m^{rec}) iam iamque E etiam iam quaeratur V etiam (et F) iamque (iam t) ratus (iratus P) PτF || **17** iamque *abesse maluit Mer.* | fidens σ | poenas *om.* P || **19** armis *in ras.* G | atque *om.* R | animis *om.* γ || **22** iectum G^1 *corr.* G^2 | pervenerat R || **23** evento σ | se *post* eventu *sscr.* E^2 || **24** locum vuln. invent. *in ras.* E^3 loco v. invento Vτ (E^1 ?) || **28** fig. humi G

que redarmatae sunt, pergunt. tum demum Alexander ictus femur cadit ac ne mox hosti ultionem cum summa gloria concederet, pessimo exemplo intercessum est. namque cum ad interficiendum eum educto gladio prorueret Menelaus, ex occulto sagitta Pandari vulneratus in ipso impetu repressus est. igitur ab nostris clamore orto simulque cum ira indignantibus, quod duobus seorsum adversum se hisque maxime, quorum gratia bellum conflatum esset, decernentibus repente a Troianis pessimo more intercederetur, rursus globus barbarorum ingruens Alexandrum e medio rapit.

41. Interim in ea permixtione, dum nostri haesitant, Pandarus procul adstans multos Graecorum sagittis configit. neque prius finis factus, quam Diomedes atrocitate rei motus progressusque comminus telo hostem prosterneret. hoc modo Pandarus certaminis foedere violato atque ob id interemptis multis ad postremum poenas scelestissimae militiae luit. ceterum corpus eius liberatum ex acie Priamidae igni cremant; reliquiasque socii traditas sibi Lyciam in solum patrium pertulere. interim utriusque exercitus signo dato manus conserunt pugnantesque vi summa atque ancipiti fortuna bellum ad occasum solis producunt. sed ubi nox adventabat, utrimque reges subducta haud longe acie custodibus idoneis exercitus communivere. ita per aliquot dies tempus bellandi opperientes militem frequentem apud arma frustra habuere. namque ubi hiems adventare et imbribus crebris compleri coepere campi,

1 armatae P | contra *post* pergunt *add.* E π || 2 in ictum E[1]V *corr.* E[rec] || 3 et *ante* pessimo *add.* V || 4 ducto H | prorueret *in ras.* E[3] irrueret τ obrueret V || 5 in quibus *post* sagitta *add.* V | vuln.] voluntas V || 7 indigantibus E || 9 confl. esset bellum E π || 11 de *sed corr.* GE || 12 in *om.* G | animorum *post* permixtione *add.* EV | haesitarent g || 14 quem (*sed corr.* S)σ | diomedis B || 15 comminus *om.* V || 16 certaminis *om.* V || 17 vigilato H | obinteremptis m. E[1]T *corr.* E[3] ob interemptos multos t || 18 poenas *om.* B | scelestae βP | malitiae *Ro. 749 sq.* || 19 acie] acto V || 20 Lyc.] luctu V || 21 uterque EP || 22 vi] in P || 26 operis R | frequentem *om.* P || 27 apud *om.* G | in arma σB in armis RP | frustraque σ || 28 crebris *om.* P | compleri *om.* σ | campi *om.* V

barbari intra muros abeunt. at nostri nullo palam hoste digressi ad naves munia hiemis disponunt moxque bipertito campo, qui reliquus non pugnae opportunus erat, utraque pars aratui insistere, frumenta aliaque, quae tempus anni patiebatur, parare. interim Aiax Telamonius instructo milite, quem secum adduxerat, habens etiam nonnullos de exercitu Achillis, ingressus Phrygiae regionem multa hostiliter vastat, capit civitates, ac post paucos dies praeda auctus ad exercitum victor revenit.

42. Isdem fere diebus barbari nostris per condicionem hiemis quietis nihilque hostile suspicantibus paravere eruptionem, quis Hector dux atque audendi auctor factus. is namque omnes copias instructas armis cum luce simul porta educit ac protinus cursu pleno ad naves tendere atque invadere hostes iubet. at Grai infrequentes tum incuriosique ab armis turbari simul et fugientibus, quos primus hostis incesserat, quominus arma caperent, impediri, tum caesi multi mortales. iamque fusis qui in medio fuerant, Hector ad naves progressus ignem in proras iacere ac saevire incendiis coeperat nullo nostrorum auso resistere. qui territi atque improviso tumultu exsangues genibus Achillis auxilium renuentis tamen obvolvebantur. tanta repente mutatio animorum nostros atque hostes incesserat.

43. Interea Aiax Telamonius adveniens cognito apud

1 abeunt *om.* EP || **2** digredi σ | navis E | mox E^1V *corr.* E^2 || **3** bipartito Eπ | reliquis g || **4** dein (-de V) serere *ante* frumenta *add.* EVF || **5** alia V | quae *om.* E^1F *in mg.* E^2 | parare *om.* GE^1VF *in mg.* E^2 || **4.5** *cf. Frie. 23, 1* || **7** etiam *om.* V || **8** fyrgiae S *cf. 54, 11* | regiones P | multas V || **9** et *ante* capit *add.* EV | actus B functus P *cf. 61, 17* || **10** redit E rediit V *cf. Lö. 58* || **12** quietis] qui ex his V | nihil E^1τ *corr.* E^2 | hostile] tale V || **13** invadendi *ex* audendi E^2 audiendi B || **14** is *om.* E^1V *sscr.* E^2 | omnis E || **16** navis Eπ | atque invadere *om.* E^1 *in mg.* E^2 | Graeci RgP || **17** tum *om.* V || **18** a (*add.*) fugientibus EV *dativus apud verba passiva: cf. 34, 22; 86, 16; 92, 23; 104, 7* | quo P | primum EπF primos *Per.*; *v. adn. cr.* || **20** progressi B || **23** tumulto P | tum *post* Achillis *sscr.* E^2 || **24** tamen *del.* E *om.* V | obvolvebant P | tanta] Ita E^1V *ante quod* tanta *sscr.* E^2 || **25** animos E^1V *corr.* E^2

naves Hectore magna armorum specie ibidem apparuit ac dein mole sua urgens hostem multo sudore ad postremum navibus extra vallum detrudit. tum iam cedentibus acrior insistens Hectorem, qui adversus eum promptius steterat, ictum inmani saxo ac mox consternatum deicit. sed eum concurrentes undique plurimi multitudine sua tectum bello atque Aiacis manibus eripiunt, seminecemque intra muros ferunt male prospera eruptione adversus hostes usum. ceterum Aiax saevior ob ereptam e manibus gloriam adsumptis iam Diomede et cum Idomeneo Aiace altero territos dispersosque sequi ac fugientes nunc telo eminus prosternere, modo adprehensos obterere armis prorsus nullo, qui in ea parte fuerat, intacto. inter quae tam trepida Glaucus Hippolochi, Sarpedon atque Asteropaeus ad morandum hostem paulisper ausi resistere mox vulneribus gravati locum amisere. quis versis barbari nullam spem reliquam salutis rati sine rectoribus neque usquam certo ordine palantes effusique ruere ad portas eoque arto et properantium multitudine impedito ingressu, cum super alium alius ruinae modo praecipitarentur, supervenit cum supra dictis ducibus Aiax. tum magna vis barbarorum trepida impeditaque inter se caesa extinctaque, in quis Priami filiorum Antiphus et Polites,

1 specie] spem B | apparet EV || **2** mole sua] molestia γF moleste (stia *in mg.*) P | urguens G || **2.3** ac postremum a navibus F || **3** naves *ex* navibus E^{2} || **4** quia V | eum] se RP || **5** promptior V promptus *edd.; v. adn. cr.* | insteterat V | victum P | ac mox *om.* B^{1} *in mg.* B^{rec} || **6** reiicit π reiecit *ex* reiicit (*?*) E^{2} deici σ devit R *cf. Frie. 74* | eum *om.* RP | sed eum] socii σ | incurrentes V || **9** hostis E | senior σ || **10** diomedem *sed corr.* E || **11** hostes *post* disp. *add.* Eπ || **13** armis *om.* P || **14** tam *in ras.* E^{3} an V iam τ || **15** asteropacus V || **17** eversis V verbis H || **18** rati sal. σ | saluti sine auctoribus E^{1}V *corr.* E^{3} salutis in auctoribus τ | usquam : us- *in ras.* E^{3} unquam Vτ *v. adn. cr. ad 102, 4–6* || **19** certo] recto P | bellantes effusi V | Eosque σ || **20.21** eoque ex prop. mult. et arcto et imp. V || **20** gressu G^{1} *corr.* G^{2} || **21** alius alium E^{1}V *transpos.* E^{rec} | praecipitaretur (*ex* -ntur E) Eσ || **23** vix B | extinctaque est RP

Pammon Mestorque atque Euphemus Troezenius, dux egregius Ciconum.

44. Ita Troiani paulo ante victores, ubi adventu Aiacis fortuna belli mutata est, versis ducibus poenas luere militiae inconsultae. at postquam adventante vespera signum nostris receptui datum est, victores laetique ad naves regressi mox ab Agamemnone cenatum deducuntur. ibi Aiax conlaudatus a rege donis egregiis honoratur. neque reliqui duces facta gestaque viri silentio remittunt, quippe singuli extollentes virtutem memorare fortia facta, eversas ab eo tot Phrygiae civitates abductasque praedas et ad postremum in ipsis navibus adversum Hectorem egregiam pugnam liberatasque igni classes. neque cuiquam dubium, quin ea tempestate tot egregiis ac pulcherrimis eius facinoribus spes omnes atque opes militiae in tali viro sisterentur. ceterum proras duarum navium, quibus inlatus ignis eam partem tantum modo consumpserat, Epios brevi restituit. tumque Graeci rati post malam pugnam Troianos ulterius nihil hostile ausuros quieti ac sine terrore egere.

45. Per idem tempus Rhesus, Eione genitus, haud alienus a Priami amicitia pacta mercede cum magnis Thracum copiis adventabat. is incedente iam vespera paulisper moratus apud paeninsulam, quae anteposita civitati continenti eius adiungitur, secunda circiter vigi-

1 ammon nestorque γ P ac monmestorque (que *om.* V) E V F Pammon Mestor (que *del.*) *Merc., sed cf. lb. VI 9; v. adn. cr. ad 8, 25* | atque *om.* γ | euphimus γ | troenius E V Troeremus P || **6.7** victoresque laetique σ || **7** lectique B | regressi sunt E π | ad agamemnonem E V || **8** conlaudatis (is *in ras.* E[rec]) E V laudatus P || **9** honoratus V || **10** virili β P | praetermittunt *fort. scribendum esse Mei. in app.* omittunt *Wopk.* || **11** memorant E V *cf. Lö. 58 sq.* | fyrgiae σ *cf. 52, 8* || **14** cui P | quin] qui in σ B || **15** temp.] potestate R | eius *om.* σ || **16** omnis E π | tali] tanto V || **17** in (*add.*) proras P || **19** Epios] e picis V | tuncque E V | rati *om.* R | post] prius B || **20** troianus ... ausurus H | hostile *om.* P || **21** degere V agere P || **22** ione G sisione β P deioneo E V defoneo F *corr. Mer.* || **23** alienus *om.* B | pacto mercedis E[1] V τ F *corr.* E[2] || **24** incedenti avespera G enim cedentibus vesp. σ incedenti vesp. R B incedentes iam vesp. (*sed. corr.* E) E V incidente iam vesp. F || **25.26** antepositam civitatem G σ B || **26** continentiae V

lia ingressus Troianos campos explicitisque tentoriis ibidem opperiebatur. quod ubi Diomedes cum Ulixe vigilias in ea parte curantes procul animadvertere, rati Troianos a Priamo exploratum missos arreptis armis mox presso gradu circumspicientesque omnia pergunt ad eum locum. tum fatigatis ex itinere custodibus et ob id somno pressis eosque et interius progressi in ipsis tentoriis regem interficiunt. dein nihil ultra audendum rati currum eius et cum egregiis insignibus equos ad naves ducunt. ita reliquum noctis in suis quisque tabernaculis requiescentes transigunt. at lucis principio reliquos duces conveniunt, eos facinus ausum expletumque docent. ac mox rati barbaros incensos caede regis adire iubent omnes frequentes apud arma agere opperirique hostem.

46. Neque multo post Thraces, ubi expergefacti e somno regem interemptum, foedam faciem intra tentoria animadvertere et vestigia abducti currus manifesta sunt, raptim ac sine ullis ordinibus, ut quemque fors conglobaverat, ad naves evolant. quibus procul visis nostri conferti inter se atque imperia servantes eunt obviam. sed Aiaces duo in aliquantum progressi primos Thracum invadunt atque opprimunt. dein reliqui duces, ut quisque locum ceperat, caedere singulos et ubi conferti steterant, bini aut amplius congregati impetu suo dissolvere ac mox dispersos palantesque interficere, uti nullus reliquus caedis fieret. ac statim Grai exstinctis qui adversum ierant signo dato ad tentoria eorum pergunt. at illi, qui custodes castris

1 explicitis **E V** || **3** procul *om.* **P** || **5** mox *om.* **V** | conspicientes **V** || **7** eos (que *eras.* **E**) **E P** || **10** navis **E** | et *ante* ita *add.* **V** || **11** suisque quisque **R** | at] ac **P** || **11.12** at l. principio *ex* ad l. principium **E** || **13** rapti **R** || **13.14** incenso caedes **V** || **14** caede regis *om.* **P** | adfore (aff- F af- V) ε *def. Timp. 338* adire *in mg.* **P** | apud *om. H* || **16** thracis **E** || **17** interemptam **B** | foeda (-m P) ac miseranda (-m P) facie (-m P) E π | istoria E[1] *exp. et* tentoria *in mg.* E[2] || **19** rapiunt **G E V** | arma *post* rap. *add.* **E V** | ut *om.* E[1]V *sscr.* E[2] || **20** sors σ**B** || **21** conserti **B** *om.* σ *cf. 55, 25* || **22** aliquantulum **P** | aciem (*add.*) progr. **V** aciem (*add.*) praegressi E[1] *corr.* E[3] *cf. Frie. 49* || **23** primos – reliqui *om.* **V** || **24** coeperat **G E** || **25** conserti **B** converti **H** *cf. 55, 21* || **27** prorsus *ante* uti *add.* **E** *fort. recte, cf. De.* | ut *ex* uti **G** | caedi **V**

relicti soli supererant, visis contra hostibus terrore ipso miserandum in modum effeminati omnibus omissis ad moenia confugiunt. tum undique versus nostri inruentes arma, equos, regias opes et ad postremum uti quidque fors dederat praeripiunt.

47. Hoc modo victores Grai deletis cum imperatore Thracibus onusti praeda atque victoria ad naves digrediuntur, cum interim Troiani ex muris respectantes neque quicquam pro sociis ausi intra moenia tamen trepidarent. igitur barbari tot iam adversis rebus fracti legatos indutias postulantes ad Graecos mittunt ac mox nostris condicionem adprobantibus interposito sacrificio fidem pacti firmavere. eodem fere tempore Chryses, quem sacerdotem Zminthii Apollinis supra memoravimus, ad exercitum venit actum gratias super his, quae in se recepta filia benigne ab nostris gesta erant, ob quae tam honorifica, simul quod Astynomen liberaliter habitam cognoverat, reductam secum Agamemnoni tradit. neque multo post Philocteta cum his, qui partem praedae ad eum portaverant, Lemno regreditur invalidus etiam tum neque satis firmo gressu.

48. Interea consilium Graecis agentibus Aiax Telamonius in medium progressus docet opportere mitti ad Achillem precatores, qui eum imperatorum verbis atque exercitus peterent remittere iras ac repetere solitam cum suis gratiam; minime quippe aspernandum talem

1 superfuerant Eπ | terreri V || **2** amissis γ || **5** uti *om.* G *v. adn. cr.* | quodque σ quicque B quidque : que *in ras.* (*corr. ex* quidquid ?) E | sors B || **7** onus (h *sscr. i. e.* honus) G | atque] *ac* Eπ | laeti *post* victoria *sscr.* E[2] || **8** despectantes *Per., Oud.* || **9** nequiquam *edd.* neque quicquam (vel nequiquam *in mg.* G[1]) GEVFTt *cf. Timp. 332sq.* vel nequicquam (c *exp.*) neque cuiquam B vel nequiquam neque quicquam (vel *et* neque quicquam *exp.* S) Sg vel nequiquam H vel nequicquam neque R vel nequaquam neque (quicquam *in mg.*) P | ausi *om.* || **10** igitur *om.* V | adversi E[1] *corr.* E[3] | proeliis *ex* rebus E[3] | facti G || **12** conditione EV || **13** parti R || **14** Minthii V Ziminthii P || **17** tam *om.* E[1] *in mg.* E[2] tamen *sed corr.* G | et *post* simul *add.* Eπ *cf. Frie. 72* || **20** ad eum *om.* V | lemnum EV | invalido Eπ *cf. Frie. 74* || **22** concilium E || **23** opere σB *om.* V || **24** imperatorem G[1] *corr.* G[2] || **25** remitteret E | repeteret EV *cf. 112, 26; Lö. 59 sq.*

virum, nunc vel maxime, cum secundis rebus Graeci et paulo ante victores non ob utilitatem sed honoris merito gratiam eius peterent. inter quae deprecari etiam Agamemnonem, daret operam simul voluntatemque agendo negotio adhiberet; namque tali tempore in commune ab omnibus consulendum, praesertim procul ab domo locis alienis atque hostilibus, neque se aliter inter tam gravia bella undique versus inimicis regionibus quam concordia tutos fore. at ubi finem loquendi fecit, cuncti duces laudare consilium viri simulque praedicantes ad caelum tollere, scilicet quod cum virtute corporis, tum ingenio universos anteiret. post quae Agamemnon docere se et ante ad reconciliandum Achillem multos misisse et nunc nihil aliud cordi esse. ac mox Ulixem atque ipsum Aiacem orare, susciperent negotium atque ad eum nomine omnium irent, maxime quod Aiax cognatione fretus impetraturus veniam facilius credebatur. igitur his operam suam pollicentibus iturum se una Diomedes sponte ait.

49. His actis Agamemnon adferre hostiam lictores iubet ac mox sublata super terram, cum duo, quibus imperatum erat, suspensam retinerent, gladium vagina educit eoque bifariam excisam hostiam in conspectu, uti diviserat, collocat. dein ferrum sanguine oblitum manu retinens inter utramque sacri partem medius vadit. interim Patroclus cognito quod parabatur in consilium supervenit. at rex sicut supra diximus transgressus ad postremum iurat inviolatam a se in eum diem Hippodamiam mansisse; neque cupiditate ulla aut desiderio lapsum,

2 eius *post* honoris *add.* V || **4** dare V || **5** namque tali temp. *om.* V || **7** hostibus B | se] enim EV || **8** verso *sed corr.* B || **10** laudavere P | simul P || **13** docet *ex* docere E^{2} decere V || **14** misisse *om.* G^{1} *sscr.* G^{2} || **17** fretus Aiax cogn. σ || **18** per omnia *post* his *add.* σ || **19** iturae R^{1} *corr.* R^{rec} | se] seira *i. e.* se ira R || **20** His actis] interim V || **21** sublatam E^{1}PR *corr.* E^{rec} | cum *om.* σBV | eam *ante* duo *add.* π *sscr.* E^{2} || **22** fuerat H || **22.23** vaginae educit E^{1}V *corr.* E^{2} vagine ducis t || **24** sanguinem *sed corr.* G || **24.25** ret. manu obl. σ || **25** inter] in σB || **26** in medium concilii V || **27** sicuti EV sicut iam B sicuti iam P | in medium *post* transgr. *add.* P *sscr.* E^{2} || **29** lesum β laesam G

sed ira, qua plurima mala conficiuntur, eo usque processisse. his addit cupere se praeterea, si ipsi etiam videretur, filiarum, quae ei cordi esset, in matrimonium dare decimamque regni omnis ac talenta quinquaginta doti adiungit. quae ubi accepere qui in consilio erant, admirari magnificentiam regis maximeque Patroclus, qui cum oblatione tantarum opum, tum praecipue laetus, quod intacta Hippodamia adfirmaretur, ad Achillem venit eique universa gesta atque acta refert.

50. Dein ubi rex ea, quae audierat, volutare animo ac deliberare secum ipse occepit, supervenit cum supradictis Aiax. tum ingressos eos ac iam benigne salutatos sedere hortatur iuxtaque se Aiacem. qui tempus loquendi nactus familiariter et ob id liberius incusare atque increpare, quod in magnis discriminibus suorum nihil iracundiae remiserit, potueritque cladem exercitus perpeti, cum eum multi amici, plurimi etiam adfinium obvoluti genibus deprecarentur. post quem Ulixes illa quidem deorum esse ait, eorum autem, quae in consilio acta essent, ordine exposito, quae etiam Agamemnon pollicitus quaeque iurasset, ad postremum orat, ne preces omnium neve oblatas nuptias aspernaretur; moxque eorum omnium, quae una offerebantur, enumerationem facit.

51. Tunc Achilles longam exorsus orationem primum omnium acta gestaque sua exponere. ac dein admonere, quantas aerumnas pro utilitate omnium pertulerit, quas civitates adgressus ceperit cunctis interim re-

1 quam *sed corr.* G | quae ... conficit E V | eo usque] eosque E^1 *corr.* E^2 || **1.2** his addit *post* conf. *pos.* E V, *sed exp.* E *om.* F || **2** se cupere se V || **3** matrimonio P || **4** regni *om.* B || **5** ubi] uti G σ B || **7** qui *om.* P || **9** acta] dicta *Ro. 750* || **10** audiverat G σ | voluntare (*sed corr.* H) H B || **11** ipse *om.* P | hoc coepit *sed corr.* E || **12** ac iam] aciem B || **13** Aiacem] achillem *in ras.* E^2 || **14** nanctus E^1 *corr.* E^3 || **17** multi/// (iam *eras.*) G || **17.18** multi — adf. *om.* E^1 *in mg.* E^2 amici — obvoluti *om.* V obvoluti *in ras.* E^2 || **18** Post quae B || **19** autem *in ras.* E^2 animum V aut B || **21** posset *post* pollic. *add.* V || **22** prece R | neve] atque V || **23** ferebantur E^1 V *corr.* E^2 || **25** Tum ε *praeter* P || **26** exponere : ex- *in ras.* E^3 componere V τ *cf. Frie. 50 sq.* | dehinc H || **28** quas] qui V

quiescentibus ipse anxius ac dies noctesque bello intentus et, cum neque militibus suis neque sibi ipse parceret, asportatas nihilominus praedas in commune solitum redigere. pro quis solum omnium se electum, qui tam insigni iniuria dehonestaretur, solum ita contemptum, a quo Hippodamia tot laborum pretium per dedecus abstraheretur neque in ea culpa solum esse Agamemnonem sed maxime ceteros Graecos, qui immemores benificiorum contumeliam suam silentio praeterierint. postquam finem loquendi fecit, Diomedes: „praeterita, ait, omittenda sunt neque oportet prudentem meminisse transactorum, quando ea, etsi maxime cupias, nequeas revocare." interea Phoenix et cum eo Patroclus circumstantes genas atque omnem vultum iuvenis, manus adosculari, contingere genua, rediret in gratiam atque animos remitteret cum propter praesentes, qui eum oratum venissent, tum praecipue ob bene de se meritum reliquum exercitum.

52. Igitur Achilles praesentia talium virorum praecibus familiarium ac recordatione innoxii exercitus tandem flexus ad postremum facturum se quae vellent respondit. dein hortatu Aiacis tum primum post malam iracundiam Graecis mixtus consilium ingreditur atque ab Agamemnone regio more salutatur. interea reliquis ducibus favorem attollentibus gaudio laetitiaque cuncta completa sunt. igitur Agamemnon manum Achillis retentans eumque et reliquos duces ad cenam deducit. ac paulo post inter epulas, cum laeti inter se invitarent, rex Patroclum quaesiit, ut Hippodamiam cum ornamentis, quae dederat, ad tentoria Achillis

1 dies ac noctes R P || **3** adportatas (-pp- π) E π *cf. Lö. 60; Frie. 51* | nihil omnis praedae V || **6.7** per dedecus *om.* B || **11** praeteritorum P | ait *in ras.* E[3] *pro quo* omnia τ | nobis *post* sunt *add. in mg.* E[rec] || **15** manu G E V manusque R *om.* P *cf. Lö. 55* || **16** animos] amicos P || **20** etiam *ante* famil. *add.* E π || **22** dein hortatu : dein hort- *in ras.* E[3] Et hortatu T et ortum t *cf. Frie. 32* || **23** concilium E | ingressus R || **26** repleta V || **27** secum *ante* ad *add.* P || **28** inter epulas *om.* E V F | cum laeti inter se *in ras.* E[3] | laeticia *sed corr.* G *om.* τ F (*et* E[1] *?*) | inter *ante* se *om.* B P || **29** invitarentur E V τ | quaesivit E π | uti E ubi V || **30** ei *ante* dederat *add.* P | ad tentoria *in ras.* E[3]

deduceret; isque libens mandata efficit. ceterum per id tempus hiemis saepe Graeci atque Troiani singuli pluresve, ut fors evenerat, inter se sine ullo metu in luco Thymbraei Apollinis miscebantur.

LIBER TERTIVS

1. Interim per totam hiemem dilato condicionibus in tempus bello Graeci cuncta, quae in tali otio militia exposcebat, intenti animo summis studiis festinabant. namque pro vallo multitudo universa variis bellandi generibus per duces populosque instructa et ob id more optimo diversis ad officia sua quibusque, hinc iaculis hastarum vice fabricatis neque ponderis aut mensurae inferioribus, et quibus ea non erant praeustis sudibus, illinc sagittis certantes inter se invicem ad multum diem exercere, alii saxis utebantur. sed inter sagittarios maxime anteibant Ulixes, Teucer, Meriones, Epios, Menelaus. neque dubium, quin inter hos tamen praecelleret Philocteta, quippe Herculis sagittarum dominus et destinata feriundi arte mirabilis. at Troiani cum auxiliaribus laxiores militia neque circa exercitum solliciti socordius agitare ac saepe sine ullo insidiarum metu hi aut illi multis immolationibus Thymbraeo Apollini supplicabant. isdem fere diebus nuntius adportatur universas prope Asiae civitates descivisse a Priamo atque eius amicitiam execrari. namque facinoris exemplo suspectis iam per universos populos gentesque circa

1 effecit V || **3** sors S *ex* fors B || **7** poscebat E *cf. Lö. 60* || **8** univ. mult. σB || **10** quibus isque B || **11** fabricatis] fabre factis R *cf. 106,10; 110,1* | pondere aut (et P) mensura ε *v. adn. cr.* || **12** eam B || **13** illinc : s *sscr.* (*i. e.* illis) E³ | multam P *ex* multum E^rec *cf. Lö. 61 sq.; v. adn. cr.* || **14** aliis H || **16** Epios] et E¹ epios *sscr. non pro sed ante* et E³ | iam RBP *in ras.* G *ex* tamen E³ tam t F || **17** hercules E || **18** feriendi B || **19** laxioris (x *m³*) E *pro quo* et prioribus τ | militiae E | circa] cura P || **21** illi *om.* B || **22** His P || **24** exemplum GE¹ *corr.* E³ || **25** eis *post* iam *add.* RP | per *om.* B

hospitium omnibus, simul quia omnibus proeliis Graecos victores cognitum et eversio multarum in ea regione civitatum in animis haeserat et ad postremum grave odium filiorum regnique eius incesserat.

2. At apud Troiam forte quadam die Hecuba supplicante Apollini Achilles adveniens visere cerimoniarium morem cum paucis comitibus supervenit. erant praeterea cum Hecuba matronae plurimae, coniuges principalium filiorumque eius, partim honorem atque obsequium reginae tribuentes, reliquae tali obtentu pro se quaeque rogaturae supplicabant. etiam Hecubae filiae nondum nuptae Polyxena et Cassandra, Minervae atque Apollinis, antistites novo ac barbaro redimitae ornatu effusis hinc atque inde crinibus precabantur suggerente sibi Polyxena apparatum sacri eius. ac tum forte Achilles versis in Polyxenam oculis pulchritudine virginis capitur. auctoque in horas desiderio, ubi animus non lenitur, ad naves discedit. sed ubi dies pauci fluxere et amor magis ingravescit, accito Automedonte aperit ardorem animi; ad postremum quaesiit, uti ad Hectorem virginis causa iret. Hector vero daturum se in matrimonium sororem mandat, si sibi universum exercitum proderet.

3. Dein Achilles soluturum se omne bellum pro Polyxena tradita pollicetur. tum Hector: aut proditionem ab eo confirmandam, aut filios Plisthenis atque Aiacem

1 hostium γ | quis rebus *ante* simul *add.* (*sed exp.* E) EPF | simulque P | simul quia omn. *om.* γ || **2** cognitum erat RP | eadem B || **3** haeserat] est ira γ *v. adn. cr.* || **5** Hecube R || **6** adv.] volens ε avens *edd. vett.*, *Mer.*, *quae coni. non iure laudatur Litt. Zentralbl. 1872, p. 1197* adinveniens *Pei.*, *Mei.*, *sed revoc. F. 73; cf. 122, 18; v. adn. cr.* || **7** contibus R *om. P* || **8** cum Hecuba *om.* R || **9** filiorum E || **11** supplicabant : bant *in ras.* E² supplicaturaeque Pτ || **12** nondum nuptae] innuptae E || **12–14** cassandra quarum (*add.*) cassandra (*add.*) ... antistes ... redimita ... praecabatur E *cf. Frie. 75* || **13** atque *om.* σ || **15** sacri] sacrificii RP | eius *om.* R | at B || **16** in *om.* H || **17** Actoque B *cf. 52, 9* || **19** fluxerunt E *cf. 43, 8; Frie. 57, 1* | magis et magis ingr. R | authomedonta (th *in ras.* m³) E authumedonte P Automedonta T Autumedonta t || **20** quaesiit] petit EP || **24** pro *om.* E || **26** firmandam σ | atque *om.* σ

interficiendos, alias de tali negotio nihil se auditurum. ea ubi Achilles accepit, ira concitus exclamat: se, cum primum tempus bellandi foret, primo proelio interempturum. dein animi iactatione saucius huc atque illuc oberrans interdum tamen, quatenus praesenti negotio utendum esset, consultare. at ubi eum Automedon iactari animo atque in dies magis magisque aestuare desiderio ac pernoctare extra tentoria animadvertit, veritus, ne quid adversum se aut in supradictos reges moliretur, Patroclo atque Aiaci rem cunctam aperit. hique dissimulato quod audierant cum rege commorantur. ac forte quodam tempore recordatus sui convocatis Agamemnone et Menelao negotium, ut gestum erat, desideriumque animi aperit: a quis omnibus ut bono animo ageret respondetur, brevi quippe dominum eum fore eius, quam deprecando non impetraverit. quae res eo habere fidem videbatur, quoniam iam summa rerum Troianarum prope occasum erat. omnes namque Asiae civitates execratae amicitiam Priamidarum ultro nobis auxilium societatemque belli offerebant. quis ab ducibus nostris benigne respondebatur: satis sibi esse praesentium copiarum neque auxiliorum egere, amicitiam sane, quam offerent, ultro suscipere voluntatemque erorum fore gratam omnibus. scilicet quia fluxa fides et animi parum spectati neque tam subita mutatio sine dolo credebatur.

4. Iamque exactis hibernis mensibus ver coeperat, cum Grai edicto prius, uti omnis miles in armis esset, mox signo belli edito exercitum in campis productum ordinant; neque ea a Troianis segnius agebantur. igi-

1 alias] alioquin EP *cf. Lö. 61* || **2** eum *post* se *add.* EP *quod Ro. 750 coni.; cf. Frie. 38* || **3** primum] priami σ || **10** cunctam] omnem P || **11** audiverant P || **14** a] at SB et H || **15** eum] meum B || **16** quem B | inpetraverat *ex* -verit E[2]P imperaverit H || **17** fidem hab. EP | videbantur H || **18** omn. namque] omnesque G || **22** auxiliarium H auxilio B || **23** susciperent E || **24** quia] que *sive* quae B || **25** earum GσB eorum RP *v. adn. cr.* | spectatione quae *sed corr.* E || **26** credebantur R || **27** mensibus *om.* B || **28** omnes milites *ex* omnes miles E[2] | essent E || **29** sono E[1] signo *sscr.* E[3] | per campos *ex* in campis (?) E || **30** ea *om.* E | segnitus σ | agebatur E

tur ubi utrimque instructae acies adversum processere atque infra teli iactum ventum est, cohortati suos quisque manus conserunt in medio locatis equitibus et ob id primis congressis. tumque primum reges nostri atque hostium ascensis curribus bellum ineunt adscito sibi quisque auriga ad regendos equos. sed primus omnium Diomedes invectus Pyraechmem, regem Paeonum, hasta fronte ictum interficit, dein ceteros, quos ob virtutem rex secum stipatores habuerat, conglobatos inter se atque ausos resistere partim telo eminus fundit, alios curru per medios concito humi obterit. dein Idomeneus adhibito equis Merione Acamanta Thracum regem deicit, ruentique telo occurrit atque ita interficit. sed ubi Hector situs in parte alia medios suorum fundi accipit, dispositis satis strenuis, ubi pugnabat, accurrit auxilio laborantibus Glaucum secum ac Deiphobum et Polydamanta habens. neque dubium, quin deleta a praedictis regibus ea pars hostium foret, ni adventu suo Hector nostrosque ulterius progredi ac suos fugere cohibuisset. ita Graeci prohibiti caede reliquorum represso gradu adversum eos, qui supervenerant, constitere.

5. Ac mox cognito per universum exercitum proelio in ea parte reliqui duces confirmati, ubi quisque pugnaverat, undique eo confluunt. densatur utrimque acies et proelium renovatum est. igitur Hector ubi plurimos suorum adesse et satis tutum se intellegit, tollit animos. dein clamore magno singulos suorum nomine appellans confidentius in hostem pugnare hortatur; ac

1 utrumque *sed corr.* G || **2** intra γ *cf. Lö. 49* || **5** cursibus B cur σ || **7** rhessi (-s- P) equis *post* invectus *add.* EP | pyrhechum GF pyrechum (pi- P) σRP pyrethum B pyrhaemum E *iam pridem corr.* | peanium γ paeonium E paconium P | hastae B || **8** frontem E *om.* B || **8.9** ob virt. rex sec. stip.] obvios σ || **9** se *om.* H || **10.11** alios curru] curru partim P || **12** agamanta *lbb.* || **13** curru *ante* deicit *add.* EP || **15** accepit E | strenue σ | occurrit σB || **17** nec E || **18** ni] in B || **19** nostros (que *eras.* E) E σ || **21** gradum B | supererant *sed corr.* G || **24** confirmatis *plur. edd.; cf. Frie. 102; v. adn. cr.* || **27** videt *post* adesse *add.* P | intelligit RBP | animus H || **28** magna G[1] *corr.* G[rec]

progressus intra aciem Diorem et Polyxenum Alios satis impigre pugnantes vulnerat. at ubi eum Achilles ita in hostem promptum animadvertit, simul subvenire his, quos adversum bellabat, cupiens et memor paulo ante repulsae in Polyxena contra tendit; progressusque in medio Pylaemenem Paphlagonum regem impedimento sibi oppositum comminus fundit non alienum sanguinis Priamidarum. perhibebatur quippe hic etiam ex his, qui a Phineo Agenoris originem propriam memoria repetebant, a quo etiam Olizonen genitam, postquam adoleverit deductam in matrimonium Dardani.

6. Ceterum Hector postquam ad se agmine infesto tendi videt, causas odii recordatus non ulterius impetum viri experiri ausus ex acie subterfugit. tumque Achilles insecutus quantum acies hostium patiebatur, ad postremum iaculatus aurigam eius interfecit, postquam Hector per aliam partem relicto curru aufugerat. dein ereptum sibi e manibus inimicissimum omnium dolens rursus vehementius saevire extractoque ex corpore aurigae iaculo fundere obvios ac prostratos, cum alios invaderet, desuper proculcans obterere. inter quae tam trepida cunctis fugientibus Helenus quaesitum ex occulto vulneri locum ubi nactus est, manum Achillis procul atque improvisus sagitta transfigit. ita vir egregius bellandi, cuius adventu territus fugatusque Hec-

1 aliosque P *in ras.* E^3 helios t Elios T || 5 polixenam E || 6 medios EP | pylemonem EH Pilemeonem P || 7 fudit P || 8 ut *ante* perh. *add.* EP || 9 a Phineo] aphigenio σ adfines E affines (afineo *in mg.*) P | propria γP || 10 Oliz.] amolizonen E amazizonem (olizenem *in mg.*) P || 11 adoleverat E *ex* -verit P *cf. Frie. 20, 4* || 13 agmina G^1 *corr.* G^{rec} || 14 videt] et GσB | videt causas odii *om.* E^1F *sscr.* E^2 | rec. est (*sed* est *exp.* E) EF || 15 experi R | tumque] Eumque P || 17 interficit EH | post quae (ae *in ras.* m^3) E || 21 iac.] telo P | obvius ac prostratus (*sed* prostr. *corr.*) H | cum *om.* A || 22 ac (*add.*) desuper γP alios (*add.*) desuper *Mei.* | opteret G oppeteret σB obtereret RgP optereret *Mei.; cf. Frie. 96; v. adn. cr.* | tum G || 25 improvisi P | transfugit R || 26 bellandi cuius *om.* E^1 cuius *in mg.* E^2 | fugatusque est RP

tor, multi mortales cum ducibus extincti, clam atque ex occulto vulneratus eo die finem bellandi fecit.

7. Interim Agamemnon et cum eo Aiaces duo inter ceteram stragem ignotorum nacti plurimos Priami filiorum interficiunt, atque Agamemnon Aesacum cum Deiopite, Archemachum, Laudocum et Philenorem, Aiax Oilei et Telamonius Mylium, Astynoum, Doryclum, Hippothoum atque Hippodamanta. at in alia belli parte Patroclus et Lycius Sarpedon locati in cornibus nullis propinquorum praesentibus signo inter se dato solitarii certaminis extra aciem processere, moxque telis adversum iactis, ubi uterque intactus est, curru desiliunt atque arreptis gladiis pergunt obviam. iamque crebris adversum se ictibus congressi, neque vulneratus quisquam, multum diei consumpserant, cum Patroclus amplius audendum ratus colligit sese in arma et cautius contectus ingressusque hostem complectitur, manu dextra poplitem succidens, quo vulnere debilitatum atque exsectis nervis invalidum propulsat corpore ruentemque interficit.

8. Quod ubi animadvertere Troiani, qui iuxta steterant, gemitu magno clamorem tollunt, relictisque ordinibus signo dato arma in Patroclum vertunt, scilicet Sarpedonis interitu publicam cladem rati. at Patroclus praeviso hostium agmine telum positum humi propere

2 duce *post* eo *add.* S eo duce aiaces inter H ‖ **5** Asarchum P arsacum *sive* arsachum *ctt. lbb., corr. De. in app. ex Apoll. III 12, 5 (et Tzetzes Posthom. 51), adsent. Du. 39 et Mei. Eph. 373* | cum *om.* γ ‖ **6** deiopitheo γP deiopete E *corr. Mer.* | laudacum E | philenorem *lbb.* Philaemonem *Mer. propter IV 7 (87, 7) ex Apoll. l. l., adsent. Du. 39 et Mei. Eph. 373; v. adn. cr. ad 87, 6–8* ‖ **7** et *om.* γ | molius γ multum E^1 *exp. et* Melium *sscr.* E^2 Molium P nullium F *corr. Mer. ex Apoll. III 12, 5* (Μήλιος *Mer. cum suis edd. Apollodori, sed hodie* Μύλιος *scribitur*) | astyochum (asti- β) γ astymenem (asti- PF) ε Astynoum *Fu. 48, quod repudiavit Du. 39* Astygonus *De. in app., quod prob. Du. 39, sed dubitat Mei. Eph. 373* ‖ **7.8** Dor. Hippothoum *om.* σ ‖ **8** atque *super* ad rm *(?) scr.* E^2 *om.* F ‖ **10** propinquare E ‖ **12** currum B ‖ **13** obvicum G ‖ **16.17** in arma sese EPτ | in *ante* arma *om.* G^1 *sscr.* G^{rec} ‖ **18** dextera Et ‖ **22** relictis E ‖ **23** convertunt EP ‖ **24** interitum E

rapit compositusque in armis audentius resistit. tunc ingruentem Deiphobum hasta comminus tibiam ferit atque excedere ex acie coegit interfecto prius Gorgythione fratre eius. neque multo post adventu Aiacis fusi reliqui, cum interim Hector edoctus quae acciderant, supervenit ac mox conversam suorum aciem pro tempore restituit increpatis ducibus ac plerisque ex fuga reductis. ita praesentia eius animi tolluntur et proelium incenditur. tum vero inclitis ex utraque parte ducibus confirmato exercitu confligunt acies, nunc hinc, nunc inde cedentibus instantes et, ubi acies nutaverat, praesidiis accurrentibus. interea utriusque exercitus cadunt plurimi neque fortuna belli mutatur. sed postquam miles per multum diem bello intentus magis magisque fatigabatur et diei vesper erat, utrisque cupientibus pugna decessum.

9. Tum apud Troiam circa Sarpedonis cadaver cunctis deflentibus ac praecipue feminis luctu atque gemitu omnia completa sunt, quis non alii casus acerbissimi, ne interitus quidem Priamidarum, prae desiderio eius cordi insederant. tantum in eo viro praesidium et interfecto spes ablata credebatur. at Graeci in castra regressi primum omnium Achillem revisunt eumque de vulnere percontati, ubi sine dolore agere vident, laeti ad postremum narrare occipiunt Patrocli facta fortia, dein reliquos, qui vulnerati erant, per ordinem circumeunt; ita inspectatis omnibus ad tentoria sua quisque digreditur. interim Achilles regressum Patroclum extollere laudibus, dein monere, uti reliquo quoque bello memor rerum, quas gesserat, hostibus vehementius ingrueret. hoc modo nox consumitur. at lucis principio

1 conpositumque E | tum EPτ || 2 hastam (*sed corr.* G) GB || 3 cogit EPτR || 5 doctus Eτ || 7 increpitis Eτ *cf. 127, 17; Lö. 61* || 11 nunc *ante* inde *om.* G *v. adn. cr.* | stantes Et | mutaverat σ || 12 praesidiis : -diis *in ras. ex* -dio *(?)* G praesidio accurrentes *De.* || 13 belli *om.* R || 15 fatigaretur E[1] *corr.* E[2] fatigatur τ || 16 discessum Pτ | decessum (disc.) est EPτ *cf. Frie. 39* || 19 completur R | quibus E || 20 de interitu quidem P de interitu γ *v. adn. cr.* | prae *om.* R || 21 insederat P | vivo RT *ex* viro E[2] *v. adn. cr.* | et] ut P || 23 primo *sed corr.* G | revisi sunt H || 27 inspectis EP *cf. Frie. 94* || 31 ac B

corpora suorum quisque collecta igni cremant, dein sepeliunt. sed postquam dies aliquot triti et vulnerati convaluerant, arma expedire et producere militem placet.

10. Sed barbari more pessimo nec quicquam compositum, nihil aliud quam turbata atque insidiosa cupientes clam atque ante tempus egressi proelium praevertere. tuncque effusi ruinae modo clamorem inconditum simul et tela in hostes coniciunt semermes etiam tum atque incompositos. caesi itaque nostrorum multi, in quis Arcesilaus Boeotius et Schedius Crissaeorum uterque duces optimi; ceterum vulnerata pars maxima, Meges etiam et Agapenor, alter Echinadibus imperator, Agapenor Arcadiae. inter quae tam foeda tanta inclinatione rerum Patroclus fortunam belli vincere adgressus, dum hortatur suos simul atque instat hostibus promptiore quam bellandi mos est, telo Euphorbi ictus ruit. statimque Hector advolans opprimit ac desuper vulneribus multis fodit; moxque enititur abstrahere proelio, scilicet insolentia gentis suae inludere cupiens per universa genera dehonestamenti. quod ubi Aiaci cognitum est, relicto ubi pugnaverat propere accurrit, iamque eripere cadaver occipientem proturbat hasta. interim Euphorbus a Menelao et Aiace altero summo studio circumventus scilicet auctor interempti ducis morte poenas luit. deinde occipiente vespera proe-

3 convaluerunt *sed corr.* P ‖ **5** nec] neque E π | nec quicquam] nequiquam S nequicquam H ‖ **6** nihilque σRP aut E *cf. Lö. 55; Frie. 31* | turbatis G | atque *om.* P ‖ **7** proelium *om.* P | evertere H pervertere (perverse *in mg.*) P ‖ **8** tunc B tumque E ‖ **9** hostis E | semiermis *ex* semermis E semiermes P se emersos GσB frg. Reich. se eremensos R semermos *Mer.; v. adn. cr.* ‖ **10** ita E ‖ **11** cryseorum E treseorum γ *om. sed lac.* P *corr. Mer.* ‖ **12** utrique P ‖ **13** cameges E Ameges F Amezes P mes γ *corr. ed. Venet. 1499* ‖ **14. 15** tantamque inclinationem *ex* -aque -e E^{3} tantaque indignatione P ‖ **15** vincere] adire E adicere P ‖ **17** promptione R promptior EP ‖ **18** victus *sed corr.* P | advolens *sed corr.* G | eum *ante* opprimit *add.* EP ‖ **19** confodit EP ‖ **20** ei *post* inludere *add. Ro. 27 sq. comparans 90, 20* ‖ **22** est *om.* H | pugnabat EP ‖ **24** Euphorbius P ‖ **25** summo *om.* γ *cf. Frie. 76; v. adn. cr.* ‖ **26** morte *om.* P | vespere EP

lium dirimitur male et cum dedecore plurimis nostrorum interfectis.

11. Sed postquam reductae utrimque acies et iam in tuto miles noster erat, cuncti reges Achillem conveniunt deformatum iam lacrimis atque omni supplicio lamentandi. qui modo prostratus humi, nunc cadaveri superiacens adeo reliquorum animos pertemptaverat, ut Aiax etiam, qui solandi causa adstiterat, nihil luctui remitteret. nec Patrocli tantum mors gemitum illum cunctis incusserat, sed praecipue recordatio vulnerum per loca corporis pudibunda, quod exemplum pessimum per mortales tum primum proditum est numquam antea a Graecis solitum. igitur reges multis precibus atque omni consolationis modo tandem Achillem flexum humo erigunt. dein Patrocli corpus elutum mox veste circumtegitur maxime ob tegenda vulnera, quae multimodis impressa haud sine magno gemitu cernebantur.

12. His actis monet, uti custodes vigilias agere curarent, ne qua hostes detentis circa funus nostris more solito inruerent. ita per distributionem officia sua quisque procurantes igni plurimo in armis pernoctant. at lucis principio placet, uti ex omni ducum numero quinque in montem Idam vaderent silvam caesum, qua Patroclus cremaretur, decretum quippe ab omnibus erat, funus eius publice uti curaretur. iere igitur Ialmenus, Ascalaphus, Epios et cum Merione Aiax alter. moxque Ulixes et Diomedes busto locum dimetiuntur quinque hastarum longitudine totidemque in transversum. advecta deinde ligni copia bustum extruitur impositumque desuper cadaver igni supposito cremant

4 ad (*add.*) achillen E P || **5** atque *om.* γ || **8** adsteterat P | luctu σR || **9** patrocli; Nec tantum E | illis P || **13** a *om.* E σ (*fort.* ante a Gr. *legendum est*) | multi R || **14** tandem : -dem *in ras.* E^{3} tum t tamen T || **15** elotum (o *ex* u ? E^{3}) E P τ || **17** multis modis P *ex* multimodis E^{2} || **19** achilles *ante* monet *add.* E F | monent P | agerent curarentque E || **20** qua *om.* E | intentis *in ras.* E^{3} || **24** valerent B | quo E P || **26** uti *ante* funus *non ante* curar. *inser.* R P | eius *om.* P || **28** lucum P | dimitiuntur frg. Reich. dimetietur B || **30** advecti σ || **31** cadavere σ

exornatum iam decore omni pretiosae vestis; id namque Hippodamia et Diomedea curaverant, quarum Diomedea nimium iuveni et omni affectu dilecta fuerat.

13. Ceterum paucis post diebus refectis ex labore vigiliarum ducibus cum luce simul exercitus in campum productus per totum diem in armis agit opperiens barbarorum adventum. qui muris despectantes postquam nostros paratos proelio vident, eo die certamen distulere. ita occasu solis Graeci ad naves regressi. at vix principio diei Troiani rati etiam nunc incompositos Graecos, armati portis evolant temere et cum audacia, uti antea soliti, instantesque circa vallum certatim tela iaciunt crebra magis quam cum effectu nostris ad evitandos tantum ictus compositis. igitur ubi ad multum diem barbari intenti iaculis fessi iam neque ita vehementes animadvertuntur, ex parte una nostri erumpunt, incursantesque sinistrum latus fundunt fugantque; neque multo post ex alio abnuentibus iam barbaris ac sine ulla difficultate versis.

14. Ita plurimi barbarorum, ubi vertere terga, foede et vice inbellium ab insequentibus proculcati ad postremum dispereunt, in quis Asius, Hyrtaco genitus, et cum Hippothoo Pylaeus, hi Larisaeis, Asius Sesto regnantes. eodem die vivi a Diomede capiuntur duodecim, ab Aiace quadraginta. captus etiam Pisus et Euander Priamidae. in ea pugna Graecorum Guneus

3 affectum R | erat P || **4** post *om.* H || **8** ad proelium E || **9** navis E | sunt (*add.*) regr. RP | egressi H || **10** ac RP | diei] dum R | tunc E || **14** evitandum σ | tantum ictus : tus *in ras.* E[2] tantos ictus RB *ex* tanto ictu G[2] tanto ictu σ || **15** iam *om.* ε || **16** animadvertunt γ animos vertunt *Wopk.; cf. Ihm A. 1146, 2; Frie. 77; v. adn. cr.* || **18** latere *post* alio *add.* ε *cf. Ihm A. 1146, 2; Frie. 77* | abnuentibus ε abeuntibus *Per.* adnuentibus γ *sed cf. Timp. 334* | iam *om.* σ || **20** terga vertere G | terga *in ras.* E[rec] | fede et inbellum R || **21** evicti in bello et ab ins. (*ex* et vinci in bello ab ins. E[2]) ε | proculc. sunt E || **22** dispersi eunt *ex* dispereunt E[2] || **22.23** *nomina propria vario modo, sed non valde corrupta in lbb.* || **23** cum *om.* P | hii lariseis γ hilaris (-ll- Pt) ε || **24** eo σ || **25** capti EPτ | etiam] sunt P | pisus (pysus B) *lbb.* Isus *Mer.; cf. Lö. 49* || **26** cyneus γ ceneus ε *corr. Mer.*

interfectus rex Cyphius, vulneratus etiam Idomeneus dux noster. ceterum ubi Troiani muros ingressi clausere portas et finis instandi factus est, nostri spoliata armis hostilia cadavera adportataque in flumine praecipitant memores paulo ante in Patroclo insolentiae barbarorum; dein captivos omnes, uti quem ceperant, in ordine Achilli offerunt. isque vino multo sopita iam favilla reliquias in urnam collegerat, decretum quippe animo gerebat, secum in patrium solum uti adveheret vel, si fortuna in se casum mutaret, una atque eadem sepultura cum carissimo sibi omnium contegi. itaque eos, qui oblati erant, deduci ad bustum, una etiam Priami filios ibique seorsum aliquantum a favilla iugulari iubet, scilicet inferias Patrocli manibus. ac mox regulos canibus dilaniandos iacit confirmatque se non prius desinere pernoctando humi, quam in auctorem tanti luctus sui sanguine vindicasset.

15. Sed nec multi transacti dies, cum repente nuntiatum Hectorem obviam Penthesileae cum paucis profectum. quae regina Amazonibus incertum pretio an bellandi cupidine auxiliatum Priamo adventaverat, gens bellatrix et ob id ad finitimos indomita, specie armorum inclita per mortales. igitur Achilles paucis fidis adiunctis secum insidiatum propere pergit atque hostem securum sui praevortit, tum ingredi flumen occi-

1 et *ante* rex *add.* RP | scyphus (sch- σ) γ Siphus (Scithis *in mg.*) P scythis E schitis (-th- T) τ *corr. Mer.* || 2 clauserunt σ || 3 standi E[1] *corr.* E[2] | nostris E || 4 flumen EP || 5 patroclum EP || 6 omnis E | quem] quisque E quemque P | ceperat E || 7 iam iam σRB[2]P (*quid* B[1] *habuerit, cognosci non potest*) || 8 patrocli *post* reliquias *add.* E[2]P | collocaverat R || 9 patriam σB | adveheret *ex* abiret *(?)* E[2] abiret τF || 10 vel *om.* E[1] et *sscr.* E[2] etiam *ante* si *add.* P | maturaret *Per.* | una eademque B | atque *in ras.* E[2] || 11 sibi omnium] suo RP | ita E || 13 iubet *post* filios *pos.* R *add.* P *(bis)* | sibique P || 14 iugulare *sed corr.* G || 15 canibus] avibus R | dilatiandos *sed corr.* G || 17 vindicavisset EPRH || 18 sed *om.* E *cf. Frie. 78; Ihm L. 16* | sunt *post* transacti *add.* E *post* dies *add.* P *cf. Lö. 65; Ihm A. 1146, 2; Frie. 39; Fra. 152* | nuntiatur E *cf. Frie. 39* | nunt. est RP || 20 amazonum EPR *cf. Lö. 62; Frie. 78* || 22 a finitimis EP *cf. Lö. 62* || 25 Tunc EP | flumen *ex* fluminem *(?)* G

pientem circumvenit. ita eumque et omnes, qui comites regulo dolum huiusmodi ignoraverant, ex improviso interficit. at quendam filiorum Priami comprehensum mox excisis manibus ad civitatem remittit nuntiatum quae gesta erant ipse cum caede inimicissimi, tum memoria doloris ferox spoliatum armis hostem, mox constrictis in unum pedibus vinculo currui postremo adnectit, dein ubi ascendit ipse, Automedonti imperat, daret lora equis. ita curru concito per campum, qua maxime visi poterat, praevolat hostem mirandum in modum circumtrahens, genus poenae novum miserandumque.

16. At apud Troiam ubi spolia Hectoris desuper ex muris animadvertere, quae Graeci praecepto regis ante ora hostium praetulerant, et filius Priami praemissus ab Achille rem ut gesta erat disseruit, tantus undique versus per totam civitatem luctus atque clamor editur, ut aves etiam consternatae vocibus alto decidisse crederentur nostris cum insultatione reclamantibus. ac mox portis ex omni parte urbs clauditur. foedatur regni habitus atque in modum lugubrem funestumque obducta facies civitatis. cum sicut in tali nuntio adsolet, repente cursus trepidantium fieret in eundem locum ac statim sine ulla certa ratione per diversum fuga. nunc planctus crebri, modo urbe tota silentium ex incerto. inter quae et spes extremas multi credidere cum nocte simul Graecos moenia invasuros excisurosque

1 eum (que *eras.* E) EP || **2** dolum] domi E | huiuscemodi P || **3** at] et E || **10** maxima P | visi] vi βP *sscr.* E[rec] | praevolat : *cf. Frie. 25,4; v. adn. cr.* | mirum P || **11** contrahens P || **15** quae *ante* et (ad H) *add.* σB | et filius] ad filios (ad *exp.* et *inser.*) H || **15.16** et — Achille] et ille qui excisis (excisi F) manibus acerbissimae rei indicium in se ipse praetulerat (pert. *edd.*) EF *om.* G *v. adn. cr.* || **17** educitur τ || **19** At B || **19.20** ac — parte *om.* F || **20** portis *om. edd., quod Frie. 25, 5 laudat; v. adn. cr.* | clamantibus *post* parte *add. sed exp.* E | Mox ex omni parte cunctis clamantibus urbs cl. *nonnullae edd. vett.* | foedatur *om.* E[1] *sscr.* E[2] foedaturque P | regni *om.* P || **21** funestum B || **22** sicut *om.* R | nuntio] negotio P || **23** concursus EP || **25** silentio R || **26** credere E[1] *corr.* E[2] crededere G[1] *corr.* G[rec] || **27** excursurosque P

urbem securos interitu tanti ducis, nonnulli etiam pro confirmato habere Achillem exercitum eum, qui duce Penthesilea Priami rebus auxilio venerat, partibus suorum adiunxisse, postremo omnia adversa hostilia fractas ablatasque opes, nullam salutis spem interempto Hectore in animo habere, quippe is solus omnium in ea civitate adversum tot milia imperatoresque hostium varia semper victoria certaverat. cui fama bellandi inclito per gentes numquam tamen vires consilio superfuerant.

17. Interim apud Graecos, ubi Achilles ad naves redit et cadaver Hectoris in ore omnium est, dolor, quem ob Patrocli interitum paulo ante perceperant, nece metuendi hostis et ob id praecipua laetitia circumscribitur. ac tum universis placet, uti in honorem eius, quoniam abesset hostilis metus, certamen ludis solitum celebraretur. neque minus tamen reliqui populi, qui non certaturi spectandi gratia convenerant, instructi armis paratique adessent, ne qua scilicet hostis quamvis fractis rebus solito tamen insidiandi more inrueret. igitur Achilles victorum praemia, quae ei videbantur maxima, statui imperat. et postquam nihil reliquum erat, reges omnes ad considendum hortatur, ipse medius atque inter eos excelsior. tum primum quadriiugis equis Eumelus ante omnes victor declaratur, bigarum praemia Diomedes meruit, secundo post eum Menelaus.

18. Ceterum ad certandum qui sagittarum arte maxime praevalebant Meriones atque Ulixes duos erexere malos, quis religatum linum tenuissimum atque ex transverso extentum utriusque capiti adnectebatur,

2 confirmato] certo R *in mg.* P | habuere σRP *ex* habere E[2] | meum *sed corr.* E || **5** factas B | oblatasque B | spem sal. σ | haberent *post* spem *add.* P || **7** milia] milites F || **8** fortior quam felicior cunctis ducibus nostris *post* certaverat *add.* EPF *v. adn. cr.* || **10** superfuerat G[1] *corr.* G[2] || **13** perciperant P || **14** nece] et γ | metuendis σB || **16** laudis B || **19** structi E || **21** victoribus EPF *cf. Lö. 63* || **23** confitendum (-fid- S) σ consiliendum R || **24** omnes *ante* eos *add.* R *post* eos *add.* P | eos] ceteros F || **28** maxime *om.* G || **29** exercere B || **30** relegatum G || **31** advectabatur B

media columba sparto dependebat; eius contingendae certamen maximum. tum reliquis incassum tendentibus Ulixes cum Merione destinatum confixere. quibus cum a reliquis favor attolleretur, Philocteta non columbam se, verum id, quo religata esset, sagitta excisurum promittit. admirantibus deinde difficultatem regibus, fidem promissi non felicius quam sollertius confirmavit; ita dirupto vinculo columba cum maxima populi adclamatione decidit. praemia certaminis eius Meriones atque Ulixes tulere. Achilles duplici extra ordinem munere Philoctetam donat.

19. Cursu longo certantibus Oilei Aiax victor excipitur, post quem secundus Polypoetes. duplici campo Machaon, singulari Eurypylus, saltu Tlepolemus, disco Antilochus victores abeunt. praemia luctandi intacta permansere, quippe Aiax arripiens medium Ulixem deicit, qui ruens pedibus eius circumvertitur, atque ita praepedito obligatoque nixu Aiax paene iam victor ad terram ruit. caestibus reliquoque manuum certamine idem Aiax Telamonius palman refert. cursu in armis postremo Diomedes praevaluit. dein ubi praemia certaminis persoluta sunt, Achilles primum omnium Agamemnoni donum, quod ei honoratissimum videbatur, offert, secundo Nestori, Idomeneo tertio, post quos Podalirio et Machaoni, dein reliquis pro merito ducibus, ad postremum eorum sociis, qui in bello occiderant; hisque mandatum, uti, cum tempus fuisset, domum ad necessarios eorum perferrent. postquam

1 columba : columnum *in mg.* E | sparte R parte σB *ex* parto E *om. sed. lac.* P || 3 confiixere (confixere *sscr.* S[rec]) σ || 4 a *om.* R || 5 etiam *ante* id *add.* P | quod RB || 6 difficultate R facultatem B[1] *corr.* B[rec] || 7 non *om.* E[1] *sscr.* E[2] *cf. Frie. 79; v. adn. cr.* || 8 ita] ac E || 10 merionis *lbb.* || 17 deiecit BP | circumvectitur σB || 18 oblatoque B[1] *corr. in mg.* B[2] | nexu σB nisu ER visu P | iam *om.* σ || 19 reliqui quoque E reliqui vero quoque P || 20 cursum *sed corr. in* cursu in G || 22 primo E || 23 agamemnon B | hornatissimum P || 24 affert P | idomeni G idomenei β | dein (-de P) *ante* tertio *add.* EP || 25 polidario σ || 26 ad] et H | socius H || 27 mand. est R || 28 domum] idoneum B domos P

certandi praemiorumque finis factus et iam diei vesper erat, ad sua quisque tentoria discessere.

20. At lucis principio Priamus lugubri veste miserabile tectus, cui dolor non decus regium, non ullam tanti nominis atque famae speciem reliquam fecerat, manibus vultuque supplicibus ad Achillem venit, quocum Andromacha, non minor quam in Priamo miseratio. ea quippe deformata multiplici modo Astyanacta, quem nonnulli Scamandrium appellabant, et Laodamanta parvulos admodum filios prae se habens regi adiumentum deprecandi addiderat, qui maeroribus senioque decrepitus filiae Polyxenae umeris innitebatur. dein sequebatur vehicula plena auri atque argenti pretiosaeque vestis, cum super murum despectantes Troiani comitatum regis oculis prosequerentur. quo viso repente silentium ex admiratione oritur ac mox reges avidi noscere causas adventus eius procedunt obviam. Priamus ubi ad se tendi videt, protinus in os ruit pulverem reliquaque humi purgamenta capiti aspargens. dein orat, uti miserati fortunas suas precatores secum ad Achillem veniant. eius aetatem fortunamque recordatus Nestor dolet, contra Ulixes maledictis insequi et commemorare, quae ad Troiam in consilio ante sumptum bellum ipse adversum legatos dixerat. ea postquam Achilli nuntiata sunt, per Automedontem eum accersi iubet, ipse retinens gremio urnam cum Patrocli ossibus.

1 est *post* factus *add.* R | iam *om.* P || **3** miserabiliter EF miserabili *ex* miserabilis P *cf. Frie. 80; La. 17* || **4** non ullam] nullam E[1] *corr.* E[2] || **6** supplici B || **6.7** quocum Andr.] cum Andr. in qua *Pei.; Mei., sed revoc. F. 73* || **8** modo] specie RP *om.* σB || **9** scamandrum EP | appellant σB vocant R || **10** qui *ante* regi *add.* P || **11** aderat E addiderant P || **12** decrepitur P | annitebatur E || **13** dein sequ. *om.* γ | sequebantur PF *ex* -atur E[2] *cf. Frie. 96 sq.; v. adn. cr.* || **14** vestes GE | muris P || **18** os] hostes E *cf. Lö. 63 sq.* (*sed* te *ante* hostes *non invenitur in* E) || **20** aspergens σRE | miseratus R || **21** rogat *post* veniant *add. sed. exp.* E || **22** docet γ | maledicta RP || **23** insequi et] sinequiet G sine quiete βP | ad] apud E || **26** eum *om.* E[1] *sscr.* E[2] | accersi] adversum iri τ *in ras.* E[2] *ἐκέλευσεν . . . εἰσελθεῖν εἰς τὴν σκηνήν Malal. 157* | iubet *om.* σB | tenens B[1] *corr.* B[2]

21. Igitur ingressis ducibus nostris cum Priamo rex genua Achilli manibus complexus: „non tu mihi, inquit, causa huiusce fortunae, sed deorum quispiam, qui postremam aetatem meam, cum misereri deberet, in hasce aerumnas deduxit confectam iam ac defatigatam tantis luctibus filiorum. quippe hi fisi regno per iuventutem, cum semper cupiditates animi quoquo modo explere gestiunt, ultro sibi mihique perniciem machinati sunt. neque dubium cuiquam, quin contemptui sit adulescentiae senecta aetas. quod si interitu meo reliqui huiusmodi facinoribus temperabunt, me quoque, si videtur, exhibeo poenae mortis, cui misero confectoque maeroribus omnes aerumnas, quibus nunc depressus infelicissimum spectaculum mortalibus praebeo, cum hoc exiguo spiritu simul auferes. adsum en ultro, nihil deprecor, vel si ita cordi est, habe in custodia captivitatis. neque enim mihi quicquam iam superioris fortunae reliquum est, quippe interfecto Hectore cuncta regni concidere. sed si iam Graeciae universae ob meorum male consulta satis poenarum filiorum sanguine et meis aerumnis persolvi, miserere aetatis ac deos recordatus retorque animos ad pietatem: concede parvulis saltem non animam parentis, sed cadaver deprecantibus. veniat in animum recordatio parentis tui omnes curas vigiliasque in te tuamque

1 ingressus P | primo E[1] *corr.* E[2] || 2 Achillis E *cf. Frie. 80* || 3 modi *post* huiusce *add.* B | eorum R || 4 postremum *sed corr.* B | miserari E | deberent *sed corr.* G || 5 eduxit H | defetig. (*sed corr.* G) GH *v. adn. cr.* || 7 cupidates G[1] *corr.* G[2] cupiditatem R | quomodo G[1] *corr.* G[2] || 9 quin *om.* GE[1] *inser.* E[2] || 10 senecta *om.* G[1] *sscr.* G[2] || 11 huiuscemodi BP *ex* huiusmodi E[rec] | temperabant σB || 12 videretur γ || 13 omnis EP || 15 exiguo] misero RP | adferens E afferens F auferens βP | en *om.* γ *v. adn. cr.* || 16 habens *sed corr.* G || 18 formae relictum E *cf. Frie. 67* || 19 regna P | se si E[1] *exp. et* Sed *sscr.* E[2] | Graeciae] grave B || 20 est *post* poen. *add.* βP || 21 meis] miseris *ex* miseri E[2] || 21.22 persolvi miserere aetatis *om.* γ || 22 aetatis *om.* F | ac] at (ad HR) γ *v. adn. cr.* | animum P || 23 saltim G *cf. 37, 7; 76, 10* | parentes G[1] *corr.* G[2] || 23–25 sed cad. – parentis *om.* E[1] *sscr.* E[2] || 25 cura E[1] *corr.* E[2] | tuas *post* vigil. *add.* R | in te tuamque *om.* E[1] *in mg.* E[2] tuam in P intentumque G intentum atque β

salutem impendentis. sed illi quidem cuncta secundum sua vota proveniant longeque aliter neque mei similem senectam degat."

22. Interea dum haec commemorat, paulatim animo deficere ac dissolvi membris, dein obmutescere occipit, quod spectaculum longe miserrimum omnibus, qui tum aderant, dolori fuit. dein Andromacha parvulos Hectoris filios ante Achillem prosternit, ipsa fletu lamentabili orans, uti sibi cadaver coniugis intueri saltem concederetur. inter haec tam miseranda Phoenix Priamum sustollere atque uti animum reciperet hortari. tum rex ubi in aliquantum refovit spiritum, nixis genibus atque utraque manu caput dilanians: „ubi nunc illa est, ait, quae apud Graecos praecipue erat iusta misericordia? an solum in Priamum circumscribitur?"

23. Iamque omnibus dolore permotis Achilles decuisse ait filios eum suos initio ab eo, quod admiserint, facinore cohibere neque ipsum concedendo tanti delicti participem fieri. ceterum ante id decennium non ita defessum senecta fuisse, ut suis despectui esset, sed obsedisse animos eorum desiderium rerum alienarum, neque ob mulieren solum unam, sed Atrei atque Pelopis divitiis inhiantes raptum res more incondito perrexisse; pro quis aequissimum esse eiusmodi poenas vel etiam graviores pendere. namque ad id tempus Graecos secutos morem in bellis optimum, quoscumque

1 inpendentes E[1] *corr.* E[2] || **2** proveniat B perveniant *ex* perveniunt P | longamque P | meis similis *(?)* E[1] *corr.* E[2] mei similis τ *v. adn. cr.* || **3** degant GσB negat R || **6** miserandum P || **8** Achillem] pedes Achillis P || **10** saltim G *cf. 37, 7; 75, 23* | cum nestore *post* Phoenix *add.* EP *cf. Uss. 19; Fra. 153, 1; Frie. 80* || **11** sustulere EP *cf. Fra. 153, 1; Frie. 80* || **12** in aliqu.] aliquantulum P | revolvit GσB resolvit R *v. adn. cr.* || **13** nexis RPF nixus *edd.; cf. 29, 24* | genibus *om.* B || **14** praecipua EP || **15** iusta mis. an solum in Pri.] micđa (*hanc raram pro* misericordia *notam del. et in mg.* misericordia *scr. m*[2]) an iuxta solum priamum E || **17** permotus *sed corr.* G | decuisset σ || **18** amiserint B || **19** facinore *om.* P | cohiberi P || **21** senectute defuisse R || **23** Atrei atque] catradzque G catradz σR *om.* B | pelopidis E || **25** esse *om.* β

hostium pugna conficeret, sepulturae restituere solitos, contra Hectorem supergressum humanitatis modum, Patroclum eripere proelio ausum, scilicet ad inludendum ac foedandum cadaver eius, quod exemplum poenis ac suppliciis eorum eluendum, ut Graeci ac reliquae posthac gentes memores ultionis eius moremque humanae condicionis tuerentur. non enim Helenae neque Menelai gratia exercitum relictis sedibus parvulisque procul ab domo, cruentum suo hostilique sanguine inter ipsa belli discrimina huiusmodi militiam tolerare, sed cupere dinoscere, barbarine Graecine summà rerum potirentur, quamquam iustam causam fuisse inferendi belli etiam pro muliere. namque uti ipsi raptu rerum alienarum laetarentur, ita maxime dolori esse his, qui amiserint. ad haec multa infausta detestandaque imprecari confirmareque se capto Ilio ante omnes tanti admissi poenas sanguine eius expetere, ob quam patria parentibusque carens Patroclum etiam solitudinis suae levamen maximum amiserit.

24. Dein consiliatum cum supradictis ducibus surgit. quis omnibus una atque eadem sententia est, scilicet uti acceptis quae allata essent corpus exanime concederet. quod ubi satis placuit, singuli ad sua tentoria discedunt. moxque Polyxena ingresso Achille obvoluta genibus eius sponte servitium sui pro absolutione

1 hostium] hos γ homines *Pei.* | conficerent PF | constituere B[1] *corr.* B[rec] || **3** proelium R | adludendum E[1] *corr.* E[3] || **5** eludendum *sed corr.* E elevandum P | graeciae GσB | reliquiae *sed corr.* G || **6** eius] ius E *cf. Lö. 64* | moremque] morem quaeque P rem R || **7** tuerentur *in ras.* E[2] timerent τF *cf. Frie. 81* || **9** cruentumque (que *exp. ?*) B cruentam RP || **10** huiscemodi P | militia G || **11** barbarinae graecinae G barbari graeci ne E *cf. Frie. 41, 3* || **12** iustam] iniustam S iniustamque H || **12. 13** quamquam — muliere *om.* G[1] *sed add. in mg. inferiore* G[rec] || **13** referendi B | belli *om.* P || **14** maximae G || **16** helenae *ante* impr. *add.* EP | que se capto Ilio *in ras.* E[2] confirmareque se capi ac tolli τ || **17** ante omnis Et aut omnino T | sceleris *post* admissi *add.* P || **18** patriam σ || **19** solicitudinis P || **21** consulatum *ex* consiliatum E[rec] || **22** atque] et P | est *om.* P || **23** oblata P | maxime *ante* exanime *add.* RP || **25** achilli E || **26** genibus] pedibus P | servitiumque G

cadaveris pollicetur. quo spectaculo adeo commotus iuvenis, ut, qui inimicissimus ob mortem Patrocli Priamo eiusque regno esset, tum recordatione filii ac parentis ne lacrimis quidem temperaverit. itaque manu oblata Polyxenam erigit praedicta prius mandataque cura Phoenici super Priamo. sed rex nil se luctus neque praesentium miseriarum remissurum ait. tum Achilles confirmare non prius cupitis eius satis futurum quam mutato in melius habitu cibum etiam secum sumeret. ita rex veritus, ne quae concessa videbantur, ipse recusando impediret, demisse omnia quaeque imperarentur facienda decrevit.

25. Igitur ubi excussus comis pulvis totusque lautus est, mox a iuvene ipseque et qui cum eo venerant, cibo invitantur. dein ubi satias omnes tenuit, hoc modo Achilles disseruit: „refer nunc iam mihi, Priame, quid tantum causae fuerit, cur deficientibus quidem vobis in dies copiis militaribus, ingravescentibus autem calamitatibus atque aerumnis Helenam tamen in hodiernum retinendam putetis neque velut contagionem infausti ominis reppuleritis? quam prodidisse patriam parentesque et, quod indignissimum omnium est, fratres sanctissimos cognoveritis. namque hi execrati facinus eius ne in militiam quidem nobiscum coniura-

1 esse *post* commotus *sscr.* E^3 || **2** fuit *post* iuvenis *add.* **RP** || **3** priami σ**B** || **3.4** filiae parentis (*sed* et *post* fil. *sscr.* E^2) **EF** filiae (filii *in mg.*) et parentis **P** filii et parentis **R** *v. adn. cr.* || **4** temptaverit **B** || **5** praedicto *Wopk.*, *De.* || **6** phoenicis *sed corr.* **E** | ut delutaretur *post* Priamo *add.* *Obr. ex ed. Mediol.*, *quod De. valde laudat, sed v. adn. cr.* | et *post* sed *add.* **E** | nihil **E**σ nichil iam **R** || **7** miseriarium **G** | remissionum σ || **8** cuius *sed corr.* **E** | satis *om.* γ | facturum **EPF** fauturum **R** || **10** neque (*sed corr.* **G**) **G**σ**B** | conc.] cadaver σ || **11** dedisse γ Deinde **E** deinde *vel* demum **F** *om. sed lac.* **P** demisse *De.* dedit se omniaque quae *Fra. 172; cf. Lö. 65* || **13** lotus **G**σ**B** || **15** saties (satietas *in mg.* **P**) **GP** satietas *sed corr.* **B** | omnis **E** | modo] medio **E** || **16** deseruit **B** | refers *sed corr.* **E** | iam *om.* **R** | quod **H** || **17** quidem *om.* σ | vobis *om.* **R** || **18** die **P** | urbis *post* dies *add.* **R** || **20** contagione **G** || **21** hominis (h *exp.* **S**) γ | perpuleritis **GBP** pertuleritis σ *v. adn. cr.* | potius *ante* quam *sscr.* E^2 || **22** parentes **E** | est omn. σ || **23** hi] duo σ et hi **P** *om.* **B** || **24** vobiscum **S**

verunt, scilicet ne, quam audiri incolumem nollent, ei per se reditum in patriam quaererent. eam igitur, cum cerneretis malo omnium civitatem intravisse vestram, non eiecistis? non cum detestationibus extra muros prosecuti estis? quid illi senes, quorum filios pugna in dies conficit? nonne adhuc persenserunt eandem causam extitisse tantorum funerum? itane ergo divinitus vobis eversa mens est, ut nullus in tanta civitate reperiri possit, qui fortunam labentis patriae dolens de pernicie publica cum exitio eius transigat? ego quidem aetatis tuae contemplatione atque horum precum cadaver restituam neque umquam committam, ut, quod in hostibus reprehenditur crimen malitiae, ipse subeam."

26. Ad ea Priamus renovato fletu quam miserabili non sine decreto divum adversa hominibus inruere ait, deum quippe auctorem singulis mortalibus boni malique esse neque quoad beatum esse licitum sit, cuiusquam in eum vim inimicitiasque procedere. ceterum se diversi partus quinquaginta filiorum patrem beatissimum regum omnium habitum ad postremum Alexandri natalem diem, quem evitari ne dis quidem praecinentibus potuisse. namque Hecubam foetu eo gravidam facem per quietem edidisse visam, cuius ignibus conflagravisse Idam ac mox continuante flamma deorum delubra concremari omnemque demum ad cineres conlapsam civitatem intactis inviolatisque Antenoris et Anchisae domibus. quae denuntiata cum ad perniciem publicam expectare aruspices praecinerent, inter necandum editum partum placuisse. sed Hecubam more femineae miserationis clam alendum pastoribus

1 audire EF redire *Per.* | ei] et F || **3** cern.] teneretis P || **4** reiecistis βP || **5** persecuti P | senex σ || **6** praesenserunt γE[1] *corr.* E[2] || **7** ita β || **9** lab.] habentis σ || **10** transfigat σ || **13** repreh. : *v. adn. cr.* | militiae P || **15** sine *om.* β || **17** quod γ || **18** vim *om.* E[1] *sscr.* E[2] || **19** quinq. part. β || **20** ad *in ras.* E[2] (?) *om.* γ || **21** ad *ante* Alex. *sscr.* E[2] | diis EP || **21.22** quae ev. . . . potuisset H || **22** praecipientibus E *in mg.* P || **23** facere B || **24** idam ac mox conti *in ras.* E[3] | mox *om.* τ || **25** domum GB || **27** et] atque E | denuntiata cum] denuntiatum GσB denuntiata R || **28** inspectare E *cf. 101, 19; 111, 10; 116, 1; Frie. 52* || **29** interim necandum R || **30** femineo γ *v. adn. cr.*

in Idam tradidisse. eum iam adultum, cum res palam esset, ne hostem quidem quamvis saevissimum, ut interficeret, pati potuisse, tantae scilicet fuisse eum pulchritudinis atque formae. quem coniugio deinde Oenonae iunctum cupidinem cepisse visendi regiones atque regna procul posita. eo itinere abductam Helenam urgente atque instigante quodam numine cunctorum civium animis, sibi etiam laetitiae fuisse, neque cuiquam, cum orbari se filio aliove consanguineo cerneret, non acceptam tamen, solo omnium adversante Antenore, qui initio post Alexandri reditum filium suum Glaucum, quod eius comitatum secutus erat, abdicandum a penatibus suis decreverit, vir domi belloque prudentissimus. ceterum sibi, quoniam ita res ruerent, optatissimum adpropinquare naturae finem omissis iam regni gubernaculis atque cura; tantum se in Hecubae filiarumque recordatione cruciari, quas post excidium patriae captivas incertum cuius domini fastus manerent.

27. Dein omnia, quae ad redimendum filium advectaverat, ante conspectum iuvenis exponi imperat. ex quis quicquid auri atque argenti fuit tolli Achilles iubet, vestis etiam quod ei visum est; reliquis in unum collectis Polyxenam donat et cadaver tradidit. quo recepto rex in gratiamne impetrati funeris an si quid

1 in Idam trad.] in id dextra dedisse G *in mg.* E^{rec} Idae tradidisse *in mg.* G^{3} valide trad. in id dextram dedisse σB idae trad. et in id dextram dedisse RP | eumque RP *ex* eum E^{2} || 2 quidem *om.* σB || 4 Quae B | dein domini (*add.*) B | oenoni GσBEF Oenones P oe//nones R Oenonae *ed. Veneta 1499* || 5 cupidine P | desideriumque (que *sscr.* E^{2}) *post* cupidinem *add.* EP || 6 eo] eoque *in ras.* E^{3} | eo it.] contingere τ | adductam E^{1} *corr.* E^{3} || 7 urgentem atque instigantem GσB || 8 animis] casus *in ras.* E^{3} | laetitiam R || 13 bellique EPR *cf. Lö. 66* || 14 ita *om.* R | res ruerent] respuerent B || 16 tantum] tum EP | sese EP | in *om.* P || 17 filia tumque SB || 18.19 fastus manerent] fastum man. P fastunerent G fastum sustinerent β || 20 adnectaverat G advecta erant E || 22 quidquid E || 24 donat *om.* E | tradit Eσ | percepto P || 24.25 recepto rex in (*ex* exin m^{2}) gratiamne inpetrati (mne in *in ras.* m^{3}) E praecepto exin (exinde T) gratia ne impetrati τ || 25 gratiam σ | gratiam vel imp. fun. vel si RP

Troiae accideret securus iam filiae, amplexus Achillis genua orat, uti Polyxenam suscipiat sibique habeat. super qua iuvenis aliud tempus atque alium locum tractatumque fore respondit; interim cum eo reverti iubet. ita Priamus recepto Hectoris cadavere ascensoque vehiculo cum his, qui se comitati erant, ad Troiam redit.

LIBER QVARTVS

1. Sed postquam Troianis palam est regem perfecto negotio inviolatum atque integro comitatu regredi, admirati laudantesque Graeciae pietatem ad caelum ferunt, quippe quis animo ita haeserat nulla spe impetrandi cadaveris ipsumque et qui cum eo fuissent retineri ab Graecis, maxime ob Helenae, quae non remitteretur, recordationem. ceterum viso Hectoris funere cuncti cives sociique adcurrentes fletum tollunt, divellentes comam foedantesque ora laniatibus, neque in tanta populi multitudine quisquam in se virtutis aut spei bonae fiduciam credere illo interfecto, qui inclita per gentes fama rerum militarium, in pace etiam praeclara pudicitia, ex qua haud minorem quam reliquis artibus gloriam adeptus erat. interea sepelivere eum haud longe a tumulo Ili regis quondam. dein exorto quam maximo ululatu postrema funeri peragunt, hinc feminis cum Hecuba deflentibus, hinc reclamantibus Troianis viris et ad postremum sociorum gentibus. quae per dies decem concessa bellandi re-

3 quam GB *ex* qua E² *cf. Lö. 50* | atque al.] aliumque P || **4** traditumque B¹ *corr.* B^rec tractatum P | in interim σ | ea *De.* || **6** se] secum E *om.* P || **8** troiani σB | est] esse β || **10** laudant et Gr. P || **11** nullam spem R || **14** Hectori R | funere] cadavere RP *in ras.* (*ex* funere?) E³ || **15** mox *ante* tollunt *add.* EP || **16.17** -tibus neque in *in ras.* E³ laniantes in τ || **17** quisquam (ni *inser. m²*) in servitute aut (-te a- *in ras. m³*; aut haud *sscr. m²*) E in servitute sui τ || **18** credere: quaerere *in mg.* E² | qui] cui (qui *sscr.* P) EPF || **22** elli (*ex* belli R) γ ilii ET jllii t Iliis F || **23** funeris P *ex* funeri E² || **24** illinc recl. R *ex* hinc E³ || **25** viris *om.* σ

quie ab ortu solis ad usque vesperam per Troianos gesta nullo usquam remisso lugendi officio.

2. Interim per eosdem dies Penthesilea, de qua ante memoravimus, cum magna Amazonum manu reliquisque ex finitimo populis supervenit. quae postquam interemptum Hectorem cognovit, perculsa morte eius regredi domum cupiens ad postremum multo auro atque argento ab Alexandro inlecta ibidem opperiri decreverat. dein exactis aliquot diebus copias suas armis instruit. at seorsum ab Troianis ipsa suis modo bellatoribus satis fidens in pugnam pergit: cornu dextro sagittariis, altero peditibus instructo, medios equites collocat; in quis ipsa. contra ab nostris ita occursum, ut sagittariis Menelaus atque Ulixes et cum Teucro Meriones, peditibus Aiaces duo, Diomedes, Agamemnon, Tlepolemus et cum Ialmeno Ascalaphus opponerentur, in equites ab Achille et reliquis ducibus pugnaretur. hoc modo instructo utrimque exercitu conflixere acies. cadunt sagittis reginae plurimi neque ab Teucro secus bellatum. interim Aiaces et qui cum his erant pedites, contra quos steterant, caedere ac restantes detrudere umbonibus, moxque repulsos obtruncare. neque, quoad deletae peditum copiae, finis fit.

3. Achilles inter equitum turmas Penthesileam nactus hasta petit, neque difficilius quam feminam equo deturbat manu comprehendens comam atque ita graviter vulneratam detrahens. quod ubi visum est, tum vero nullam spem in armis rati fugam faciunt. clausis-

1 ad *om.* σR || **2** nulla G || **3** eosdem] eos decem E || **4** manu *om.* E[1] *in mg.* E[2] || **5** ex infinitimo B | finitimis *sed corr.* S finitimus H || **10** ac E π | ab seors. ad Tr. R || **11** confidens P || **13** in quis ipsa *plur. edd.* in quis ipsis (in *eras.* E[rec]) E V *om. ctt. lbb.* ἡ δὲ Πενθεσίλεια μέσον τῶν ἱππέων ὑπῆρχε σὺγ τῷ σίγνῳ *Malal. p. 160 et* *Ἐκλογὴ Ἱστοριῶν ed. Cramer II p. 218; cf. Frie. 99* | occurs. est R concurs. est P || **14** Theutra R || **16** et *ante* Tlep. *add.* E π | iammeno γ || **19** caduntque E || **20** teucris (is *in ras.* E[3]) γ E *cf. Gr. 13 sq.; Uss. 11; Pa. 1903, 233 sq.; Frie. 99; Malal. p. 160; Cramer l. l. 218* | duo *post* Aiaces *add.* G || **21** restantis E[1] *corr.* E[2] || **22** umbonibus : -eribus *sscr.* R | rep.] detrusos P | detruncare σ || **23** quod E[1]V *corr.* E[2] | delectae R | fuit σP || **26** //comam (*eras.* a) E | capitis *post* comam *add.* σ || **27** cum G

que civitatis portis nostri reliquos, quos fuga bello exemerat, insecuti obtruncant, feminis tamen abstinentes manus parcentesque sexui. dein uti quisque victor, interfectis quos adversum ierant, regrediebatur, Penthesileam visere seminecem etiam nunc admirarique audaciam. ita brevi ab omnibus in eundem locum concursum placitumque, uti, quoniam naturae sexusque condicionem superare ausa esset, in fluvium reliquo adhuc ad persentiendum spiritu aut canibus dilaniandà iaceretur. Achilles interfectam eam sepelire cupiens mox a Diomede prohibitus est. is namque percontatus circumstantes, quidnam de ea faciendum esset, consensu omnium pedibus adtractam in Scamandrum praecipitat, scilicet poenam postremae desperationis atque amentiae. hoc modo Amazonum regina deletis copiis, quibuscum auxiliatum Priamo venerat, ad postremum ipsa spectaculum dignum moribus suis praebuit.

4. At sequenti die Memnon, Tithoni atque Aurorae filius, ingentibus Indorum atque Aethiopum copiis supervenit, magna fama, quippe in unum multis milibus armatis vario genere spes etiam votaque de se Priami superaverat. namque omnia circum Troiam et ultra, quae visi poterant, viris atque equis repleta splendore insignium refulgebant. eos omnes iugis Caucasi montis ad Troiam duxit, reliquos neque numero

1 quos *om.* E[1]T *corr.* E[2] || **2** a *(add.)* feminis E | perabstinentes σ || **3** manu GσBV manum RP | uti quisque] utique GσB || **4** ierat β || **6** unum atque *ante* eundem *add.* V *in mg.* E[2] | concurrunt σ | est *post* concursum *add.* P *sscr.* E[2] || **9** adhuc *om.* P | ad *om.* EVt | persentiente (-te *in ras. m*[3]) E praesentiendum t | dilaceranda π || **12** circumstantis EV | mox *ante* consensu *add.* P *sscr.* E[2] || **13** in ascamandrum B | praecipitari EV || **14** poena *vel* in poenam *Dac.* || **16** priamum P || **17** ipsa *om.* P || **18** tithonis (thito- B thitho- H) GσBEVF | Aurorae *om.* B || **19** cum *ante* ingentibus *add.* RP *sscr.* E[2] | atque Aethiopum *om.* P || **20** magna *om.* P | milibus *in ras.* E[2] || **21** insignium (*ex* insigniis R) *post* genere *add.* γP *sscr.* E[2] *quod huc e sequentibus irrepsisse putant De. et Mei.; sed cf. Frie. 81* | quae *post* votaque *add.* G || **22** superaverant V | et *om.* R || **23** viseri (visi *in mg.*) P || **24** omnis GE | iugi V || **24.25** causa si montis B causa simoentis R causa simentis σ || **25** neque *ex* namque R

inferiores imposito Phala duce atque rectore mari misit. qui adpulsi Rhodum, ubi animadvertere insulam Graecis sociam, veriti, ne re cognita incenderentur naves, ibidem opperiebantur; ac mox divisi in Camirum et Ialysum, urbes opulentas. neque multo post Rhodii Phalam incusare, quod paulo ante eversa ab Alexandro Sidona, patria sua, auxilium ei, a quo laesus sit, ferre cuperet. quo animos exercitus permoverent, confirmare haud dissimiles barbarorum videri eos, qui tam indignum facinus defenderent. multa praeterea, quae accensura vulgum et pro se factura essent, disserere. quae res haud frustra fuit. Phoenices namque, qui in eo exercitu plurimi aderant, permoti querelis Rhodiorum an cupidine diripiendarum rerum, quas secum advexerant, Phalam lapidibus insecuti necant distributique per supradictas urbes aurum ac reliqua praedae inter se dispertiunt.

5. Interim exercitus, qui cum Memnone venerat, positis per locos patulos castris — nam intra moenia haud facile tanta vis hominum retineri poterat — diversi suo quisque genere exercebantur. neque in eadem arte simplex atque idem modus, sed ut quemque regionis suae mos adsuefecerat, ita telis aliis in alium modum formatis, scutorum etiam et galearum multiformi specie horrendam belli faciem praebuerant. at ubi triti aliquot dies et miles bellum cupit, simul cum luce exercitus omnis signo dato in proelium ducitur

1 inferiore V || **2** advertere B || **3** ver. ne re cogn.] vel itinere cognitam V | rem *sed corr.* S | incenderetur P intenderentur V || **4** dimissi *super* divisi *scr.* E^2 | in] et P | camiram (*vel* camyram) *lbb.* || **5** calysum (galysum E galisum π galisam F) *lbb.* || **6** Phalam P palam *ctt. lbb. (non aliter 15)* || **7** sidone ε || **8** animus HRB | quo animos] quoniam Eπ || **9** haud] aut EV || **10** eos *om.* E^{1}V *sscr.* E^2 || **11** quae *om.* E^{1}Vτ *corr.* E^2 | facturi γτF *sed cf. Timp. 339 sq.* || **12** dissererent *sed corr.* S disseminare P || **13** plurimi *om.* V || **14** an] et *in ras.* E^2 *om.* V || **15** adduxerat P adduxerant R advexerat *De.* || **16** distribuitque E^1 *ex quo* distributaque E^2 | ac] et V || **18** exercitu *ex* exercitus E | memnonem *sed corr.* E || **21** in *om.* γP || **23** teli salus B | aliis *om.* E π || **24** firmatis R | multiformae *sed corr.* SB || **25** praebuerunt *Mei., sed revoc. F. 73; cf. Frie. 57, 1* || **26.27** cum l. sim. σ

cumque his Troiani et qui intra moenia socii fuerant. at contra Graeci instructi pro tempore opperiri, debilitati aliquantum animos metu ingentis atque incogniti hostis. igitur ubi intra teli iactum ventum est, tum vero barbari clamore ingenti ac dissono ruinae in modum inrumpunt, nostri confirmati inter se satis impigre vim hostium sustentavere. sed postquam acies renovatae atque in ordinem reformatae sunt et iaci hinc atque inde tela coepere, cadunt utriusque exercitus plurimi, neque finis fit, quoad Memnon curru vectus adhibito secum fortissimo quoque medios Graecorum invadit, primum quemque obvium fundens aut debilitans. ita iam plurimis nostrorum interfectis duces, ubi fortuna belli eversa neque spes reliqua nisi in fuga est, victoriam concessere. eo die incensae deletaeque naves omnes forent, ni nox, perfugium laborantium, ingruentes hostes ab incepto cohibuisset. tanta in Memnone bellandi vis peritiaque et nostris adversae res.

6. Igitur Graeci, postquam requies est, perculsi inter se ac summae rerum diffidentes per universam noctem quos in bello amiserant sepelivere. dein consilium futuri certaminis adversum Memnonem ineunt; ac placet sorte eligi nomen ducis cum eo bellaturi. tunc Agamemnon Menelaum excipit, Ulixem, Idomeneum; reliquorum sors agi coepta Aiacem Telamonium votis omnium deligit. ita refectis cibo corporibus reliquum noctis cum quiete transigunt. at lucis principio armati

1 cum β | erant H || **2** contra *om.* β || **3** animo E nostro V | metu ing.] et vigentis γ metu et ing. P || **5** in modum] modo E π || **8** atque *om.* β | et iaci] iaci (et *om.*) *in ras.* E^3 etiam V τ || **10** quod E^1V *corr.* E^2 || **11** devectus V || **12** obv.] omnium V | aut] atque σ || **13** iam *om.* P | primis γ *cf. 86, 20; 90, 26; 94, 6* | ducibus EV || **14** versa EVF *cf. Frie.* 46 | rel.] aliqua V || **15** contexere V | eodem V | delataeque GB || **16** fuissent RV | nisi σ || **17** ingruentesque G ingruens E^1V *corr.* E^3 | hostis E^1V *corr.* E^{rec} *om.* H | cohibuissent *sed corr.* S prohibuisset π || **18** in *om.* P || **20** et *(add.)* perc. P || **21** suma V || **22** futuris *sed corr.* S || **24** elegi P | novem duces . . . bellaturos V || **25** idomeneus γP | reliqu. *om.* P || **27** eligit V

instructique pro negotio egrediuntur. neque segnius a Memnone actum, cum quo Troiani omnes. ita hinc atque inde ordinato exercitu proelium initum. plurimi utriusque partis, ut in tali certamine, cadunt aut icti graviter proelio decedunt. in quo bello Antilochus Nestoris obvius forte Memnoni interficitur. moxque Aiax, ubi tempus visum est, inter utramque aciem progressus lacessit regem, praedicto prius Ulixi et Idomeneo, ab ceteris uti se defenderent. igitur Memnon ubi ad se tendi videt, curru desilit confligitque pedes cum Aiace magno utriusque partis metu atque expectatione, cum dux noster summa vi umbonem scuti eius telo in aliquantum foratum gravis atque summis viribus ingruens impulit vertitque in latus. quo viso regis comites adcurrere Aiacem exturbare nitentes. tum Achilles, ubi barbaris intercedi videt, pergit contra et nudatum scuto hostis iugulum hasta transfigit.

7. Ita praeter spem interfecto Memnone animi hostium commutantur et Graecis aucta fiducia. iamque Aethiopum versa acie nostri instantes caedunt plurimos. tum Polydamas renovare proelium cupiens circumventus ad postremum atque ictus inguina ab Aiace interficitur, Glaucus Antenoris adversum Diomedem adstans Agamemnonis telo cadit. tum vero cerneres hinc Aethiopas cum Troianis per omnem campum sine ordine atque imperio fugientes multitudine ac festinatione inter se implicari cadere ac mox palantibus

1 instructique pro : que pro *in ras.* E² pro *om.* Vτ | progrediuntur EV || **3** ornato *sed corr.* E | tum *ante* plurimi *add.* Eπ || **4** ut] aut *ex* ut V *om.* P | ictu B || **5** discedunt H | Nestoris *om.* V || **6** forte *om.* P | mox HR || **8** ab] ac β et P || **9** uti *om.* E¹ ut *sscr.* E² | se *ante* def. *om.* V || **10** desiliit P || **11** Tum *ex* Cum B || **12** umbone P | eius] eos HR | telo *om.* V || **12.13** aliqu. for.] aliquantulum P || **13** gravis] animis P *in ras.* E² gravibus V | ingrueret P || **14** vertitque] ac vertit B || **15** intentes B || **16** a *(add.)* barbaris Eπ *cf. 34,22; 52,18; 92,23; 104,7* cui *pro* a quo; *La.* 15 || **18** memnonem *sed corr.* E || **19** comitantur B¹ *corr.* B² | iam E¹V *corr.* E² || **20** Primus (*incipit enuntiatio*) γ *cf. 85,13; 90,26; 94,6* || **21** polydamus RB | revocare B || **22** inguine P in inguine V | ab Aiace *om.* P || **24** Tunc Gσ || **26** fugiente P || **27** ac mox] et mox Eπ

equis proculcari, hinc Graecos resumptis animis sequi caedere impeditosque dissolvere atque ita confodere laxatos. redundant circa muros campi sanguine et omnia, qua hostis intraverat, armis atque cadaveribus completa sunt. in ea pugna Priami filiorum Aretus et Echemmon ab Ulixe interfecti, Dryops, Bias et † Chorithan ab Idomeneo, ab Aiace Oilei Ilioneus cum Philenore, itemque Thyestes et Telestes a Diomede, ab Aiace altero Antiphus, Agavus, Agathon atque Glaucus et ab Achille Asteropaeus. neque prius finis factus, quam Graecos satias et ad postremum fatigatio incessit.

8. At ubi ab nostris in castra recessum est, missi ab Troianis, qui peterent eorum, qui in bello ceciderant, humandi veniam. collectos suos quisque igni cremant et more patrio sepeliunt seorsum ab ceteris cremato Memnone, cuius reliquias urnae conditas per necessarios regis remisere in patrium solum. at Graeci lautum bene cadaver Anticholi iustisque factis Nestori tradunt eumque orant, ferret animo aequo fortunae bellique adversa. ita ad postremum corpora sua quisque curantes vino atque epulis per multam noctem

1 graeci V | resumptos G[1] *corr.* G[2] | insequi V || **3** redundante V | circum E π σ *ex* circa G[rec] || **4** intrav.] ingruerat E π || **5** areius G R B aeruis S aerius H atreius ε || **6–9** *v. adn. cr.* || **6** echememon G archemmon B echemnon E Echmon F Echemon VH Achemon P | interf. sunt P | Dryaspisbia G B Dyraspispia σ dryaspipias R dryaspis (dri- V) bias (-y- F) E V F Draspis bias P | et *om.* P | chorithan G B chorintan σ corintha E V τ F Corithan P Corython *edd. vett.* Gorython *Mer.* || **7** ad idomenea G | idomeneo ab aiace : -meneo ab aiace *in ras.* E[3] || **8** item E V | Thyestes et *del. De.* | telesites E π || **9** altero *in ras.* E[3] | antipus (*sive* -th-, -ph-) γ π antiplus E Antiphonus *De.* | agap//ius E Agapaus V agapuus Pt Agapnus T | glaueus G σ B *sed cf. 86, 23* || **10** neque prius *om.* E[1] V *sscr.* E[2] | factus est P || **11** postquam V | saties G satietas P *ex* satias E[3] | sat. et] satiasset V | ad *om.* G E V | postremo E || **14** in *om.* V | occiderant V || **15** corpora *ante* humandi *add.* P *sscr.* E[2] | humandi *om.* V | venia P | ita *ante* collectos *add.* E π | cremat P || **17** urna E V *cf. 92, 21; 95, 23; 116, 29; Lö. 66* | condita E[1] *corr.* E[2] || **18** remiserere B | ubi *ante* Graeci *add.* V || **20** eum E[1] V *corr.* E[2] | ferre σ R

Aiacem simulque Achillem laudibus celebrant atque ad caelum ferunt. at apud Troiam, ubi requies funerum est, non iam dolor in casu Memnonis, sed metus summae rerum et desperatio incesserat, cum hinc Sarpedonis interitus, inde secuta paulo post Hectoris clades spes reliquas animis abstulissent neque, quod postremum in Memnone fortuna obtulerat, reliquum iam existeret. ita confluentibus in unum tot adversis curam omnem exsurgendi omiserant.

Pap. Tebt. 9. At post paucos dies Graeci instructi armis processere in campum lacessentes, si auderent, ad bellandum Troianos. quis dux Alexander cum reliquis fratribus militem ordinat atque adversum pergit. sed priusquam ferire inter se acies aut iaci tela coepere, barbari desolatis ordinibus fugam faciunt. caesique eorum plurimi aut in flumen praeceps dati, cum hinc atque inde ingrueret hostis atque undique adempta fuga esset. capti etiam Lycaon et Troilus Priamidae, quos in medium productos Achilles iugulari iubet indignatus nondum sibi a Priamo super his, quae secum tractaverat, mandatum. quae ubi animadvertere Troiani, tollunt gemitus et clamore lugubri Troili casum miserandum in modum deflent recordati aetatem eius admodum immaturam, qui in primis pueritiae annis cum verecundia ac probitate, tum praecipue forma corporis amabilis atque acceptus popularibus adolescebat.

10. Deinde transactis paucis diebus solemne Thymbraei Apollinis incessit et requies bellandi per indutias

1 simulque] atque B || **2** ad] in V || **3** cassum G casum E casum ipsius *(add.)* V || **4** et *om.* G | ad postremum *post* et *add.* Eπ || **5** unde σ | insecuta EπRB *cf. 8, 18; 23, 13* || **6** reliquos G | abstulisse G | neque] atque βP | quod *om.* γP | postremo P | ad *(add.)* postremum B || **7** memnonem EV | quem *ante* fortuna *add.* βP | abstulerat P | relictum iam existere G reliquum (rerequum B) iam nil *(add.)* existere β || **10** Atque EV | dies *om.* G || **12** fratr.] sociis V || **13** provocat S^1H^1 vel ordinat *sscr.* $S^{rec}H^{rec}$ || **14** feriret H | solutis ε *cf. Lö. 66 sq.; sed cf. Ihm L. 16* || **16** praecipites π | inde *om.* B || **17** fuga *om.* V || **18** Priamides V || **22** casum *om.* P || **22.23** in modum *om.* H || **24.25** annis — praecipue *om.* σ || **24** cum *om.* V || **27** pacis B || **28** et *om.* $E^1V\tau$ *inser.* E^2

interposita. tum utroque exercitu sacrificio insistente Priamus tempus nactus Idaeum ad Achillem super Polyxena cum mandatis mittit. sed ubi Achilles in luco ea, quae inlata erant, cum Idaeo separatim ab aliis recognoscit, cognita re apud naves suspicio alienati ducis et ad postremum indignatio exorta. namque antea rumorem proditionis ortum clementer per exercitum in verum traxerant. ob quae simul uti concitatus militis animus leniretur, Aiax cum Diomede et Ulixe ad lucum pergunt hique ante templum resistunt opperientes, si egrederetur, Achillem. simulque uti rem gestam iuveni referrent, de cetero etiam deterrerent in colloquio clam cum hostibus agere.

11. Interim Alexander compositis iam cum Deiphobo insidiis pugionem cinctus ad Achillem ingreditur confirmator veluti eorum, quae Priamus pollicebatur moxque ad aram, quo ne hostis dolum persentisceret aversusque a duce, adsistit. dein ubi tempus visum est, Deiphobus amplexus inermem iuvenem quippe in sacro Apollinis nihil hostile metuentem exosculari gratularique super his, quae consensisset, neque ab eo divelli aut omittere, quoad Alexander librato gladio procurrensque adversum hostem per utrumque latus geminato ictu trans-

1 interp. est *(add.)* RP | exercitui σ | consistente Eπ || **2** nanctus *sed. corr.* G | Idaeum] idoneum V || **3** sed] Se B | loco B || **4** ea *om.* H | perlata Eπ | cum ab Ideo (*sed* ab *eras.* E) EV || **6** est *post* exorta *add.* RP *sscr.* E^2 | ante σ || **7** clem. ort. EV || **8** traxerat EV | ob//quae (ob *in ras.* m^3) E quique (*pro* ob quae) Vτ || **10** hique] eumque P | existunt V || **11** achilles Vτ ex -en *(?)* E^3 || **12** deterrent E^1 *corr.* E^{rec} *(?)* | in] ne *ex* in E *om.* P | colloquium P || **13** cum host.] custodibus σ | ageret EV *cf. Lö. 60* || **14** cum *om.* B || **15** pugione π | accinctus V *ex* cinctus E^2 | ad Ach. ingr.] Ach. adgr. E^1V *corr.* E^3 | confirmatur *sed corr.* G confirmato B^1 *corr.* B^2 || **16** veluti *in ras.* E^3 vel ubi V velut t || **17** apollinis *post* aram *add.* P *sscr. (sed eras. et vix legi potest)* E^2 *(?)* | quo ne] quove B ne qua Hei. | praesentisceret V | aversosque *sed corr.* G adversusque (d *eras.* E) EVσ || **18** a *om.* E^1V *sscr.* E^2 | ducem V || **19** iuvenem inhermem iuvenen R || **20** congrat. σ || **21** dimittere V || **22** quoad] qu// (quoad *sscr., sed eras. et vix legi potest*) E quem Vτ | vibr *in ras.* E^3 vibrato *in mg. (sed eras. et vix legi potest)* E^2 *(?)* liberato τ | procurrensque] procurrens quoque P | aversum G

figit. at ubi dissolutum vulneribus animadvertere, e parte alia, quam venerant, proruunt, re ita maxima et super vota omnium perfecta, in civitatem recurrunt. quos visos Ulixes: „non temere est, inquit, quod hi turbati ac trepidi repente prosiluere.“ dein ingressi lucum circumspicientesque universa animadvertunt Achillem stratum humi exsanguem atque etiam tum seminecem. tum Aiax: „fuit, inquit, confirmatum ac verum per mortales nullum hominum existere potuisse, qui te vera virtute superaret, sed, ut palam est, tua te inconsulta temeritas prodidit.“ dein Achilles extremum adhuc retentans spiritum: „dolo me atque insidiis, inquit, Deiphobus atque Alexander Polyxenae gratia circumvenere.“ tum exspirantem eum duces amplexi cum magno gemitu atque exosculati postremum salutant. denique Aiax exanimem iam umeris sublatum e luco effert.

12. Quod ubi animadvertere Troiani, omnes simul portis proruunt eripere Achillem nitentes atque auferre intra moenia scilicet more solito inludere cadaveri eius gestientes. contra Graeci cognita re arreptis armis tendunt adversum, paulatimque omnes copiae productae, ita utrimque certamen brevi adolevit. Aiax tradito his, qui secum fuerant, cadavere eius infensus Asium Dymantis, Hecubae fratrem, quem primum obvium habuit, interficit. dein plurimos, uti quemque intra

1 e *om.* EV || **2** qua V | venerunt GHB *cf. Frie. 57, 1; v. adn. cr. ad 119, 20* | pror. sese ita max. re et Eπ || **3** incurrunt V || **4** quo viso εR | hi *om.* EπR *ουτοι Pap. l. 41* || **5** repente *om.* P || **7** tum *om.* EV || **8** Tunc Aiax Gσ | fuit, inquit, conf.] fuit fuit (inquit *sscr. m²*, *sed eras.*) quod conf. E fuit quod conf. V | etiam *post* verum *add.* π || **9** nullo *sed corr.* G | hominem V || **10** ut] ubi V || **11** perdidit R || **12** retentens *sed corr.* B || **13** circumvenerunt R || **15** postremo V || **16** Aiax telamonius *(add.)* σ | e *om.* EV || **19** portis *in ras.* E³ foris V | inferre EV || **22** prod. sunt *(add.)* RP || **24** cad.] cautius (cadavere *in mg.*) P | eius] Dein EP deinde VF | infensum V *om.* R | ausium EV || **25** clymantis σB || **26** plurimos] primus G primos β *cf. 85, 13; 86, 20; 94, 6* | quem (*sed corr. in mag.* P) Eπ

telum, ferit, in quis Nastes et Amphimachus reperti Cariae imperitantes. iamque duces Aiax Oilei et Sthenelus adiuncti multos fundunt atque in fugam cogunt. quare Troiani caesis suorum plurimis nusquam ullo certo ordine aut spe reliqua resistendi dispersi palantesque ruere ad portas neque usquam nisi in muris salutem credere. quare magna vis hominum ab insequentibus nostris obtruncantur.

13. Sed ubi clausis portis finis caedendi factus est, Graeci Achillem ad naves referunt. tuncque deflentibus cunctis ducibus casum tanti viri plurimi militum haud condolere, neque, uti res exposcebat, tristitia commoveri, quippe quis in animo haeserat Achillem saepe consilia prodendi exercitus inisse cum hostibus; ceterum interfecto eo summam militiae orbatam et ademptum spei complurimum, cui viro egregio bellandi ne honestam quidem mortem aut aliter quam in obscuro oppetere licuerit. igitur propere ex Ida adportata ligni vis multa atque in eodem loco, quo antea Patroclo, bustum extruunt. dein imposito cadavere subiectoque igni iusta funeri peragunt Aiace praecipue insistente, qui per triduum continuatis

1 ferit *in ras.* E[3] fecerant Vτ | rastes GσBVF adrastus RP *in ras.* E[3] lastes (-th- t) τ *corr. Mer.* || **1.2** reperti Icariae (*in ras. m*[3]) imperitantes (*ex* -i *m*[3]) E reperti ycariae imperantes R reperte icariae imperantes P reperta re imperitanti V reperta rei peritiaque τ || **2** duci EV || **3** soli (?) *post* adiuncti *sscr.* E[2] | fund. mul. Eπ | fundunt] interficiunt β *om.* G *cf. Lö. 50* || **4** numquam ullo σB numquam ulla G nullo umquam R || **6** ni σ || **7.8** quare — obtruncantur *om.* P || **8** obtruncatur σBEV obtruncabatur R || **10** Cumque γP | reflentibus E || **11** ducibus *om.* R || **11.12** plurimo militum dolore (*om.* haud) EVF || **12** cond.] cum dolore γP *ου*] δ̣ις των λαω̣[ν] π̣α̣θ̣ο̣υ̣ς συν̣εστε. ν[αξε *Pap. l. 64 sq. cf. Fra. 151 sq.* | commovere EV || **13** quis *om.* γ *fort. recte, cf. Frie. 39* | in an. haes.] animo inhaeserat G | saepe] semper V || **14** tradendi V || **15–17** *cf. Timp. 335 sq.* || **15** eo *om.* E[1]V eos *in mg.* E[2] | summa m. orbata (tos *sscr.* E[2]) EV summa m. orbatam σ *cf. Frie. 61* | spes F *om.* γ | quam plurimum εR || **16** cui] et γP *om.* R | viro *om.* EV | ne *om.* E[1]V *sscr.* E[2] || **17** haut E haud V | obsculo R | licuerat *Mei., sed revoc. F. 73* || **18** multa *in ras.* G magna B || **19** Patroclum R | extruxerunt R || **20** posito EV | subvectoque σ suppositoque P | iuxta V | funera G[1]B *corr.* G[rec] || **21** continuis G[1] *corr.* G[2] continuatas R

vigiliis labore non destitit, quam reliquiae coadunarentur. solus namque omnium paene ultra virilem modum interitu Achillis consternatus est, quem dilectum praeter ceteros animo summis officiis percoluerat, quippe cum amicissimum et sanguine coniunctum sibi, tum praecipue plurimum virtute ceteros antecedentem.

14. Contra apud Troianos laetitia atque gratulatio cunctos incesserat interfecto quam metuendo hoste; hique Alexandri commentum laudantes ad caelum ferunt, scilicet cum insidiis tantum perfecerit, quantum ne in certamine auderet quidem. inter quae nuntius Priamo supervenit Eurypylum Telephi ex Mysia adventare, quem rex multis antea inlectum praemiis, ad postremum oblatione desponsae Cassandrae confirmaverat. sed inter cetera, quae ei pulcherrima miserat, addiderat etiam vitem quandam auro effectam, et ob id per populos memorabilem. ceterum Eurypylus virtute multis clarus Mysiacis modo Ceteiisque instructus legionibus summa laetitia a Troianis exceptus spes omnes barbaris in melius converterat.

15. Interim Graeci ossa Achillis urna recondita adiunctaque simul Patrocli in Sigeo sepelivere. cui sepulchrum etiam extruendum ab his, qui in eo loco

1 laborare β *om.* E | non destitit] haud prius abire (exire V) destitit EVF *cf. Frie. 83* non desistit (destitit *in mg.*) P | reliquit V | counarentur E^1 *corr.* E^2 coadunaretur V || **3** interitum V || **3.4** quem — percoluerat *om.* EVF | animosum suis off. semper consuerat (-everat P) RP | perconsulerat GB perconsuluerat (*ex* -ant H) σ percoluerat *edd.* || **5** et] ac P | tam σ || **6** diligebat *post* anteced. *add. in mg.* E^2 || **8** infecto H || **9** hique *om.* EV | alexandrique EV || **10** scilicet et *(add.)* B || **10.11** quantum in c. nemo aut EV || **11** tam laeta *post* quae *add.* ε || **12** moesia γ *cf. 20, 24* || **13** adventavere *sed corr.* G | ante σ || **14** desponsatae *sed corr.* E sponsae P || **15** promiserat RP pro *sscr.* E^2 || **16** addiderat *om.* EV | effectum G^1 *corr.* G^2 || **17** memo- *in ras.* E^2 moderabilem V || **18** multis] militis P | claris G^1 *corr.* G^{rec} | moesiacis γ *cf. 20, 24* | m. ceterisque γP m. citisque VFA modocitisque E^1 *exp. et* medicisque *sscr.* E^2 cetisque *sscr.* E^{rec} *corr. Obr.* K[η]τ̣ε̣ο̣υ̣ς *Pap. l. 87* || **19** fama (*add.*) laetitiaque EV || **21** ossa *om.* E^1 *sscr.* E^2 | urnae *ed. Princ. cf. 87, 17; 95, 23; 116, 29* | condita EV || **22** patroclo P | in Sig.] insigne P | sepeliere R | cuius R || **23** ab *om.* EV *cf. 34, 22; 52, 18; 86, 16; 104, 7*

habebant, mercede Aiax locat indignatus iam de Graecis, quod nihil in his dignum doloris iuxta amissionem tanti herois animadverteret. per idem tempus Pyrrhus, quem Neoptolemum memorabant, genitus Achille ex Deidamia Lycomedis, superveniens offendit tumulum extructum iam ex parte maxima. dein percontatus exitum paternae mortis Myrmidonas gentem fortissimam et inclitam bellandi armis atque animis confirmat, impositoque faciendo operi Phoenice ad naves atque ad tentoria parentis vadit. ibi custodem rerum Achillis Hippodamiam animadvertit. moxque adventu eius cognito in eundem locum a cunctis ducibus concurritur; hique, uti animum aequum haberet, deprecantur. quis benigne respondens nec sibi ait ignoratum esse omnia, quae divinitus confierent, forti pectore patienda, neque cuiquam super fatum vivendi concessam legem, turpem namque ac detestandam viris fortibus condicionem senectae, contra imbellibus optabilem. ceterum sibi eo leviorem dolorem esse, quod non in certamine neque in luce belli Achilles interfectus esset, quo fortiorem ne optasse quidem quemquam existere nunc vel in praeteritum excepto uno illo Hercule. addit praeterea: solum virum dignum ea tempestate, sub cuius manibus excindi Troiam deceret, neque tamen abnuere, quod imperfectum a patre relictum esset, a se atque a circumstantibus perfici.

finis Pap. Tebt.

1 habitabant εR *super* habebant *scr.* vel habitabant S[rec] *cf. Lö. 67* | de] inde EV || 2 iusta R || 3 animadverterat G *v. adn. cr.* || 4 genitum EV || 5 dedamia (-ya σ) GσB | iam *ante* tumulum *add.* V || 6 exitium VF *ex* exitum E[rec] || 7 pat. mort.] patris EVF | doctusque *ante* Myrm. *add.* ε *cf. Lö. 67 Frie. 84* πυθομενος τον γεν[ο]μενον αυτο[υ θ]ανατ[ο]ν *Pap. l. 98 sq.* | myrmidonam σ || 9 phynice G phinici (phy- S) σB fine R || 10 vadit] contendit βP *in ras.* E[2] | Achilli E[1] *corr.* E[2] || 11 moxque] quam mox V | cognito adv. eius Eπ || 12 eique RP *om.* EV || 14 ait] haut σ || 15 conferrent GσB conferrentur RP //fierent (con *eras.*: ie *in ras. m*[2]) E conficerent V cum fierent τ confierent *edd.* | forte *sed corr.* S || 16 supra E | factum V || 17.18 cond. sen.] senectam V || 19 dolore P || 20 quo] qui σB || 21 ne si (*sscr. m*[2]) optasset (-t *sscr. m*[2]) E | quamquam σ | praeterea *om.* B[1] *in mg.* B[rec] || 22 illo *om.* V || 25 infectum EV *om.* P

16. Postquam finem loquendi fecit, in proximum diem certamen pronuntiatum. duces omnes, ubi tempus visum est, solito ad Agamemnonem cenatum veniunt, in quis Aiax cum Neoptolemo, Diomedes, Ulixes et Menelaus hique inter se eundem locum cenandi capiunt. interim inter epulas plurima iuveni patris fortia facinora numerare virtutemque eius commemorando efferre laudibus. quis Pyrrhus non mediocriter laetus accensusque industria enisurum se omni opere respondit, quo ne indignus patris meritis existeret. dein ad sua quisque tentoria quietum abeunt. at postero die simul cum luce iuvenis castris egressus offendit Diomedem cum Ulixe. quos salutatos quid causae foret; hique aiunt interponendam dierum moram ad reficiendos militum eius animos, longo itinere maris torpentibus etiam nunc membris et ob id nequaquam satis firmo nisu, ut solitis viribus agerent.

17. Itaque ex eorum sententia biduum interpositum, quo transacto omnes duces regesque suis quisque militibus instructis exercitum ordinant atque ad pugnam vadunt. in quis Neoptolemus regens medios circum se Myrmidonas statuit atque Aiacem, quem adfinitatis merito parentis loco percolebat. interim Troiani vehementer moventur, maxime quod suis in dies deficientibus auxi-

1 postquam — fecit *om.* V || **2** est *post* certamen *add.* R | pron.] denun. est P ineunt V || **2.3** duces — veniunt *om.* V || **3** visum *om.* R | conveniunt σ || **6** plurimas RP prima EV *cf. 85,13; 86,20; 90,26* || **7** enumerare EF enumerant V enumeravere P || **8** efferre] haec ferre E[1] *corr.* E[2] et ferre (et *exp.* e *sscr.* S[rec]) SV e ferre H | laetatus EP || **9** industria *om.* EV | enixurum P enissurum V *om.* γ | ope respondit EPF ope spospondit V ope conari (*pro* enisurum, *quod om.*) respondit βg *v. adn. cr.* || **10** ad *in ras.* E[2] || **11** postero] postquam σ || **13** quid] quis σB | foret] rogat F foret rogat Vτ moram pugnae faceret (-nt P) interrogat PE[2] (moram — aiunt *in ras.* E[2]) *idem, sed* interrogat *ante* quid R *v. adn. crit.* || **14** duorum *ante* dierum *add. Mei.* | reficiendos (-um P) milites cum eius animo equis longo (-e P) (eius an. equis *del.* E[rec]) EP || **17** ut] aut V || **18** est *post* interp. *add.* RP || **19** s. q.] suisque E[1] *corr.* E[2] || **20** in pugnam Eπ || **22** quem *om.* P || **24** mov.] pavere β || **24**—p. 95, 1 moventur — miles *om.* G maxime — pararetur *om.* β pavere commemorato duce. tamen heuripili hortatu *in mg.* P *v. adn. cr.* | maxime quod] maximeque P

liis novus adversum se miles pararetur cum memorando duce. tamen Eurypyli hortatu arma capiunt; is namque adiunctis secum regulis copias suas Troianis mixtas porta educit. atque ita ordinata acie medium sese locat. tum primum Aeneas parato certamine intra muros manet execratus quippe Alexandri facinus commissum in Apollinem, cuius sacra is praecipue tuebatur. sed ubi signum bellandi datum est, manus conserunt magna vi utrimque decertantes caduntque plurimi. interim Eurypylus obvium forte nactus Peneleum proturbat hasta atque interficit; inde multo saevior Nirea adgressus moxque obtruncat. iamque deturbatis, qui in acie steterant, medios adgrediebatur, cum Neoptolemus re cognita comminus advolat deiectumque curru hostem et ipse desiliens gladio impigre interficit. tum ablatum propere cadaver atque ad naves iussu eius perlatum. quod ubi animadvertere barbari, quibus spes omnis in Eurypylo fuerat, sine certo ordine aut rectore fuga proelium deserunt atque ad muros revolant; tum plurimi eorum in fuga interfecti.

18. Igitur postquam fusis hostibus ad naves revertere Graeci, ex consilii sententia Eurypyli cremata Pap. Oxyrh.
ossa atque urnae condita patri remittunt, scilicet memores beneficiorum atque amicitiae. cremati etiam per suos Nireus atque Peneleus, seorsum singuli. at postero die per Chrysem cognoscitur Helenum Priami

1 et cum *ante* novus *add.* P | pavere *post* parar. *add.* P | cum memor.] commemorando VF *ex* cum mem. E^{rec} *(?)* commemorato (*sive* cum mem.) βP || **2** duces EV | is *om.* γ || **4** porta educit] porte ducit σB || **5** tunc β | par.] aspernato ε *cf. Frie. 84* || **7** apolline (*vel* app-) γ *cf. 108, 26; v. adn. cr. ad 29, 14* | sacra is] sacris ε | tuebantur EVF || **8** belli P || **9** magnaque P || **9** *sqq.* decertantes *usque ad 96, 11* ad eos *om.* E^{1}VτF decertantes *pro* decurrere *quod eras. scr.* E^{2}; *qua re verba* caduntque – decurrere *in* E *desiderabantur, quae postea in mg. a librario saec. XIV vel XV* (E^{r}) *scripta sunt* || **11** perturbat P || **12** nerea *lbb. cf. 95, 25* | egressus E^{r} | mox βE^{r}P || **13** aggrediebantur G || **15** currum E^{r} | ipse *om.* E^{r}P | impigre *om.* B || **17** quo B || **19** evolant P || **20** eorum *om.* P || **23** urna HBE^{r} *cf. 87, 17; 92, 21; 116, 29* | remissa sunt E^{r}P remissas (*legendum* rem. sunt) R | scilicet *om.* E^{r} || **25** nereus *lbb. cf. 95, 12* || **26** chrysin (*ex* chri- S) γ Chrysim E^{r}

fugientem scelus Alexandri apud se in templo agere. moxque ob id missis Diomede et Ulixe tradidit sese deprecatus prius, uti sibi partem aliquam regionis, in qua reliquam vitam degeret semotam ab aliis concederent. dein ad naves ductus ubi consilio mixtus est, multa prius locutus non metu, ait, se mortis patriam parentesque deserere, sed deorum coactum aversione, quorum delubra violari ab Alexandro neque se neque Aeneam quisse pati. qui metuens Graecorum iracundiam apud Antenorem agere senemque parentem. de cuius oraculo imminentia Troianis mala cum cognovisset, ultro supplicem ad eos decurrere. tunc nostris festinantibus secreta dinoscere, Chryses nutu uti silentium ageretur significat atque Helenum secum abducit. a quo doctus cuncta Graecis uti audierat refert, addit praeterea tempus Troiani excidii idque administris Aenea atque Antenore fore. tum recordati eorum, quae Calchas edixerat, eadem cuncta congruentiaque animadvertunt.

finis Pap. Oxyrh.

19. Dein postero die egresso utrimque milite ad bellandum plurimi Troianorum cadunt, sed ex sociis pars maxima. at ubi vehementius ab nostris instatur et omni ope bellum finire in animo est, signo dato dux duci occurrit atque in se proelium convertunt. tunc Philocteta progressus adversus Alexandrum lacessit, si auderet, sagittario certamine. ita concessu utriusque partis Ulixes atque Deiphobus spatium certaminis defi-

1 in *om.* σ | degere P || 2 Diomedi E[r] | Ulixi E[r] | tradit G || 5 mixtus] admissus E[r] || 8 nequisse σB quivisse E[r]PR || 8.9 pati qui] patique *(?)* E[r] || 10 agere : *cf. Frie. 62; v. adn. crit.* | oraculi R *ex* -o P || 10.11 de cuius ore cum im. Tr. mala cogn. *suspic. De.* || 11 cum *om. lbb.* || 13 nutu] manu (nutu *in mg.* P) E π || 14 adducit RP | edoctus *ex* eductis E edoctis V ductus H || 15.16 exc. Tr. σ || 16 a ministris σBV | fore *in ras.* E[2] fit V *om.* τ || 17 recordatione V | dixerat γπ || 18 congruenta B[1] *corr.* B[2] congruentia (que *eras.* E *om.* P) EP | inter se *post* congr. *add.* Eπ | animum advertunt E animadvertit σ || 19—21 ad bellandum — maxima] ab alexandro cadunt ad solis partem maximam γ *v. adn. cr.* || 20 auxiliaribus *post* sociis *add.* P || 21 statur γ *cf. Frie. 47, 1* || 23 occurrunt V | in] inter V | convertitur R || 24 progressum V | adv. *om.* E[1] adversum *sscr.* E[2] | adv. Alex.] Alexandro V | eum *ante* si *add.* Eπ || 25 sagittarum E[1]V *corr.* E[2] | consensu Eπ | utrius Gσ || 26 ulixis E

niunt. igitur primus Alexander incassum sagittam contendit, dein Philocteta insecutus sinistram manum hosti transfigit, reclamanti per dolorem dextrum oculum perforat ac iam fugientem tertio consecutus vulnere per utrumque pedem traicit fatigatumque ad postremum interficit, quippe Herculis armatus sagittis, quae infectae Hydrae sanguine haud sine exitio corpori figebantur.

20. Quod ubi animadvertere barbari, magna vi inruunt, eripere Alexandrum cupientes, multisque suorum interfectis a Philocteta negotium tamen peragunt, atque in civitatem reportant. tumque Aiax Telamonius insecutus fugientes ad usque portam pergit. ibi caesa vis multa hostium, cum festinantibus inter se et singulis evadere inter primos cupientibus magis in ipso aditu multitudine sua detinerentur. interim multi eorum, qui primi evaserant, super muros siti collecta undique cuiuscemodi saxa super clipeum Aiacis deicere congestamque quam plurimam terram desuper volvere, scilicet ad depellendum hostem. cum supra modum gravaretur egregius dux, facile scuto decutiens haud segnius imminere. denique Philocteta eos, qui in muris locati erant, eminus sagittis proturbat multosque interficit. neque secus ab reliquis in parte alia res gestae. atque eo die excisa eversaque moenia hostium forent, ni nox iam ingruens nostros ab incepto cohibuisset. qui ubi ad naves regressi sunt, laeti Philoctetae facinoribus et ob id maximam animo fidu-

1 igitur] tum R ‖ **3** reclamantique per : tique per *in ras.* E² reclamansque (per *om.*) V ‖ **4** insecutus EV ‖ **7** corporis G ‖ **8** affigebantur R effig. P ‖ **10** multis V ‖ **11** peragitur V ‖ **12** tum GP ‖ **13** fugientis EV peragit *sed corr.* B peregit VF ‖ **14** troianis *post* inter se *add.* Eπ ‖ **16** distinerentur EV ‖ **17** evaserunt G¹ *corr.* G² evaserat P *cf. Frie. 57, 1* ‖ **18** deiecere GσB *v. adn. crit.* ‖ **19** quam *om.* R ‖ **20** evolvere EV *cf. Frie. 47 sq.* | depellandum σ | super B ‖ **21** quae *ante* egregius *add.* EV | egressus P | facili G *v. adn. crit.* | decut.] deiciens R ‖ **22** aut E¹ *corr.* E² ‖ **23** cominus EV *cf. Frie. 79* | perturbat β ‖ **24** multos E¹V *corr.* E² | ab reliquis *om.* R ‖ **25** aliqua γ | ab aliis *ante* res *add.* R | gestae sunt P ‖ **26** forent] essent R | nox *om., sed in mg.* B | iam *om.* EV ‖ **28** in animo P

ciam gestantes, summo favore ac laudibus ducem celebrant. qui simul cum luce adiunctis sibi reliquis ducibus in proelium egressus hostes metu sui adeo deterruit, ut vix se moenibus defensarent.

21. Interim Neoptolemus apud tumulum Achillis, postquam in auctorem paternae caedis vindicatum est, initium lugendi sumit, una cum Phoenice atque omni Myrmidonum exercitu comas sepulchro deponit pernoctatque in loco. per idem tempus filii Antimachi, de quo supra memoravimus, adiuncti Priami rebus ad Helenum veniunt eumque ut ad amicitiam cum suis redeat deprecati, ubi nihil proficiunt, ad suos remeantes Diomedi atque Aiaci alteri itineris medio occurrunt. ab quis comprehensi perductique ad naves, quinam essent et rem ob quam venerant omnem expediunt. tum recordati patris eorum et quae adversum legatos dixerit molitusque sit, tradi eos popularibus atque ante conspectum barbarorum produci iubent, dein lapidibus iniectis necari. interim Alexandri funus per † partem aliam portae † ad Oenonem, quae ei ante Helenae raptum nupserat, necessarii sui, uti sepeliretur, perferunt. sed fertur Oenonem viso cadavere Alexandri adeo commotam, uti amissa mente obstupefieret ac paulatim per maerorem deficiente animo concideret. atque ita uno eodem funere cum Alexandro contegitur.

22. Ceterum Troiani, ubi hostis muris infestus magis magisque saevit, neque iam resistendi moenibus spes

2 qui] quibus V || **3** suo V | terruit EV || **5** apud] ad V || **7** et *ante* una *add.* EV | phynice β phinice G || **8** comam P || **9** loco] sepulcro (loco *in mg.*) P || **9.10** de quibus ε *cf. Lö. 67 sq.; Fra. 151* || **11** ad] in EV || **12** deprecantur Eπ || **13** altero V | itin. med.] in itinere P || **15** exped.] exponunt P | tum *om.* E¹V tum nostri *(add.)* P *in mg.* E² || **16** nostros *post* legatos *sscr.* E² | dixerat P || **18** ad muros *ante* produci (perd. P) *add.* P *sscr.* E² | iubet P debet V || **19.20** per partem aliam portae (portae *om., sed lac.* P) ad Oenonem (teononem G teonomen σ eonomen B) *lbb. praeter* V *qui ea verba om.* | portae *del. Obr. prob. Frie. 25, 5* per portam aliam *De., Mei.; cf. Pa. 1903, 240* || **21** denupserat Eπ || **22** teononem G teonomem *(sic!)* σB *cf. l. 20* | conmutata V || **23** uti] ut iam, *sed* iam *eras.* E | omissa P | obstupescere σ || **24** atque *om.* EV || **26** Troiani] apud troiam EVF || **27** saevit] stetit V | nec EV | ex *(add.)* moenibus EV

ulterius est aut vires valent, cuncti proceres seditionem adversus Priamum extollunt atque eius regulos. denique accito Aenea filiisque Antenoris decernunt inter se, uti Helena cum his, quae ablata erant, ad Menelaum duceretur. quod postquam Deiphobus cognovit, traductam ad se Helenam matrimonio sibi adiungit. ceterum ingressus consilium Priamus, ubi multa ab Aenea contumeliosa ingesta sunt, ad postremum ex consilii sententia iubet ad Graecos cum mandatis belli deponendi ire Antenorem. qui ex muris signum ostendens legationis, ubi a nostris recessum est, ad naves venit. ubi benigne salutatus atque exceptus summum fidei benevolentiaeque erga Graeciam testimonium capit maximeque a Nestore, quod Menelaum insidiis Troianorum appetitum consilio suo atque auxilio filiorum servaverit; pro quis Troia eversa multa praeclara polliceri hortarique, uti dignum memoria pro amicis adversum perfidos moliretur. tunc longam exorsus orationem semper, ait, principes Troiae poenam ob male consulta divinitus consequi. dein subiungit Laomedontis adversum Herculem famosa periuria insecutamque eius regni eversionem. qua tempestate Priamus parvulus admodum atque expers omnium, quae gesta erant, petitu Hesionae regno impositus est. eum male iam inde desipientem cunctos sanguine et iniuriis insectari solitum, parcum in suo atque appetentem alieni, quo

3.4 inter se *om.* V || **5** diceretur B || **6** iungit R || **7** primus E[1] *corr.* E[rec] | multam σ || **8** ex concilii EFR in concilii G concilii (ex *vel* in *om.*) σB || **9** ponendi E[1]V *corr.* E[2] || **9.10** antenorem *post* iubet *non post* ire *hab.* EV || **10** ire] iam transire (iam trans *inser. m*[2]) E causa transire Pt | pro muris E per muros V | leg. ost. G || **11** ibi ben. E || **12** exceptus est σ || **13** cepit P || **14** Menelaus V || **16** eversa p. q. troia γ | multa *in ras.* E[2] | multa praeclara] iam vitam praeclaram Vτ || **16.17** pollicerique (hortari *om.*) E[1]V *corr.* E[2] || **17** adv.] apud R || **18** Antenor *post* exorsus *sscr.* E[2] *post* orationem *add.* P || **19** princeps P | male *om.* γ | inconsultam B || **20** debet *post* consequi *add.* P || **22** atque *ante* regni *add.* EV | parvus P || **23** omniumque E[1] *corr.* E[2] || **24** petita EP | eum] cum E[1]B *corr.* E[2] || **25** despicientem V | sanguine et] sanguinis sui EV *cf. Frie. 85 sq.* | insect.] se sect. V || **26** parcum in suo] pravum insuetum γP

exemplo veluti pessima contagione imbutos filios eius neque sacro neque profano abstinuisse. ceterum se eadem stirpe, qua Priamum Graecis coniunctum, animo semper ab eo discerni. Hesionam quippe Danai filiam Electram genuisse, ex qua ortus Dardanus Olizonae Phinei iunctus Erichthonium dederit, eius Tros, dein ex eo Ilus, Ganymedes et Cleomestra, ex Cleomestra Assaracus atque ex eo Capys Anchisae pater. Ilum dein Tithonum et Laomedontem genuisse, ex Laomedonte Hicetaonem, Clytium, Lampum, Thymoetem, Bucolionem atque Priamum genitos rursusque ex Cleomestra et Aesyete se genitum. ceterum Priamum cuncta iura adfinitatis proculcantem magis in suos superbiam atque odium exercuisse. postquam finem loquendi fecit, postulat, uti, quoniam a senibus legatus pacis missus esset, darent de suo numero, cum quis super tali negotio disceptaret. electique Agamemnon, Idomeneus, Ulixes atque Diomedes, qui secreto ab aliis proditionem componunt. praeterea placet, uti Aeneae, si permanere in fide vellet, pars praedae et domus universa eius incolumis, ipsi autem Antenori dimidium bonorum

1 pess.] proxima V | imb.] multos P || **2** sacra *sed corr.* G || **3** priamus P *ex* priamum E^2 || **4** discerni] dissensisse E π | Eisionam (*sed corr.* S) σ || **5** electam B | ex quo γ || **5.6** ortus (m *sscr.* E^2) dardanus (m *sscr.* E^2) olizone fine (finei E^2F) iunctus (-o E^2) ε *praeter* P ortum dardanum obzone (abzone G^1) finei iunctos GσB ortum dardanum cui *(add.)* obz. finei iuncto RP *v. adn. cr.* || **6** erectho//nium G erichonium R erycth. E *alii aliter* | dederit ε ei *sscr.* E^2 ei dederit γP ediderit *Obr., plur. edd.* | eiusdem P dem *post* eius *sscr.* E^2 | Tros *om.* E^1V *sscr.* E^2 || **7** ganymedis G | deomestra σB *sed eadem lin. et l. 11* cleom. σ | ex Cleomestra *om.* E^1V *sscr.* E^2 || **8** cypas E^1 *exp. et* capis *sscr.* E^2 | Illum G || **9** Laomedontem gen. ex *om.* G gen. ex Laomedonte *om.* β *v. adn. cr. ad 94, 24 sqq.* || **10** Clytius V | lamphum GσB lanphum R lampitum EV bipitum P | cycmoetem GRB *v. Hom. Il. III 146; Verg. Aen. II 32; cf. De. ad loc.; Mei. Eph. 373* | thymo et embuc. *perperam seiunxit* E^{rec}V || **11** ex *om.* E^1V *sscr.* E^2 || **11.12** et Aesyete se] et soete se GσBP soete (et *ac* se *om.*) R liersum esse EVF liersum es *exp. ac* et Soete *sscr.* E^2 || **13** in *om.* R || **15** postulat// G | senioribus B || **16** esset] erat B | de] ex EPσR || **18** secreti E *v. Caes. b. G. I 18, 2; cf. Frie. 86* || **19** aenea G || **20** pars *om.* R || **21** traderetur *post* incol. *add.* RP *sscr.* E^2

Priami regnumque uni filiorum eius, quem elegisset, concederetur. ubi satis tractatum visum est, Antenor ad civitatem dimittitur, referens ad suos composita inter se longe alia, in quis, donum Minervae parari a Graecis eosque cum gratia cupere recepta Helena acceptoque auro bellum omittere atque ad suos regredi. ita composito negotio Antenor traditoque sibi Talthybio, quo res fidem acciperet, ad Troiam venit.

LIBER QVINTVS

1. Antenore Talthybioque civitatem ingressis cuncti populares sociique cognita re propere concurrunt, cupientes dinoscere, quae apud Graecos actitata essent. quis Antenor in proximum diem relata differt; atque ita dimisso conventu disceditur. cum inter epulas Talthybius interesset, filios suos monere Antenor nihil his in vita custodiendum, quam uti antiquissimam ducerent cum Graecis amicitiam, dein singulorum probitatem, fidem atque innocentiam commemorando admiratur. ita finito convivio quietum disceditur. at lucis principio, omnibus iam in consilio expectantibus audire, si quis modus tantis malis fieret, cum Talthybio ipse venit neque multo post Aeneas, dein Priamus cum residuis regulis. denique ubi ea, quae a Graecis audierat, dicere iussus est, hoc modo disseruit:

2. „Grave, Troiani principes vosque socii, grave bellum nobis extitisse adversum Graeciam, gravius vero

3 remittitur V || **8** finem γ | acceperit γ || **9** cunctis B || **10** propere *om.* H || **11** acta RBπ actita σ || **12** in *(add.)* quis EV | relatum EV || **13** tum inter epulas cum EV || **14** interesse filio E[1] *corr.* E[2] || **15** magis *ante* cust. *add.* V *sscr.* E[2] || **17** admirari EV admirati (admiratus est *in mg.*) P admiratus σ ammiratus est R ammirantur *sed corr.* G || **18** quietum] tum γ *def. Frie. 86 sed cf. Timp. 338* || **19** principio] inicio B | spectantibus E[1]VτF *corr.* E[2] *cf. 79,28; 111,10; 116,1; Frie. 52* || **22** denique] dein P || **24** vosque o soc. R | grave *ante* bellum *om.* V || **25** excitasse β | gravis E[1] *corr.* E[2]

multoque durius, mulieris causa hostes effectos quam amicissimos, qui inde iam a Pelope orti adfinitatis etiam iure nobis coniuncti sunt. namque si praeterita mala summatim attingere oporteat, en unquam civitas nostra depressa aerumnis ad requiem emersit? unquamne nobis defuere fletus aut sociis imminutae calamitates? quando non amici parentes propinqui filii denique in bello amissi? et, ut ex me reliquorum luctuum memoriam recenseam, quidnam in Glauco filio toleravi? cuius interitus, quamquam acerbus mihi, tamen non ita dolori fuit, quam tempus illud, quo adiunctus Alexandro ad raptum Helenae comitatum sui praebuit. sed praeteritorum satias, futuris saltem parcendum ac consulendum est. Graeci homines custodes fidei ac veritatis, principes benevolentiae atque officiorum. testis his rebus Priamus, qui ipso strepitu discordiarum fructum tamen misericordiae eorum tulit; neque inferendo bellum quicquam prius temeratum ab his, quam perfidiam in ipsa legatione insidiasque ab nostris experti sunt. in qua re, dico enim quod sentio, Priamus eiusque filii auctores, in his etiam Antimachus, qui recens amissis liberis iniquitatis suae poenas luit. haec omnia in gratia Helenae gesta, scilicet eius mulieris, quam ne Graeci quidem recipere gestiunt. retineatur igitur in civitate ea femina, ob quam nulla gens, nulli

1 multo σ | hostesque G || **2** iam *om.* RP | orti] nati B || **3** adiuncti P | nam R || **4** en unquam, *quod Mer. suspic. est, fort.* E[1] numquam ne *in ras.* E[2] enim τ F et enim V numquam γ *v. adn. cr.* || **5** oppressa π | numquam ne (nec *m*rec) E nunquam nec V usquamne γ || **6** defluere (*sed corr.* G) GB | socii i. calamitatis V | imm.] iunctae P || **8** omisi H || **9** quidn. in] quid namque V || **10.11** non tamen Eπ || **11** non *om.* R | fuit *om.* β | adiunctus : s *in ras.* E[2] adiunctum V adiunctos σ || **13** praeteritum E[1] *corr.* E[2] | saties G satis π *cf. 78,15; 87,11; 114,19* | est *post* sat. *add.* RP *sscr.* E[2] || **16** in *post* qui *add.* Eπ || **17** eorum *om.* σ | neque] ne in P || **18** bello Eπ *cf. Lö. 54* | temer. est P tentatum V || **19** est *(add.)* quam t *in ras.* E[2] | insidias aeque β || **22** recentes V || **23** in *om.* V *eras. in* E *cf. 110,26; Lö. 68* || **24** ne] nec R || **25**—p. 103, 1 nullius quam *sed corr.* G | quam nulla gens nulli usquam populi (am nulla *in ras.*, *cetera in mg.* E[2]) amici inimici etiam aut E quam populi amici inimici etiam aut V quam populi amici etiam aut τ

usquam populi amici aut non infesti huic regno. nonne sponte supplices, ut recipiant eam, rogabimus? non omni modo satisfaciemus laesis iam totiens per nos? non in futurum saltem reconciliabimus tales viros? ego quidem abibo hinc iam et discedam longius neque committam, ut ulterius intersim malis nostris. fuit tempus, quo manere in hac civitate iucundum erat; socii, amici, propinquorum salus, patria denique incolumis adtinuere in hunc diem. contra nunc quid horum non imminutum aut in totum sublatum nobis est? non feram me cum his morari, quorum opera cuncta mihi cum patria concidere. et eos quidem, quos in bello fortuna eripuit, utcumque iam sepelivimus concedentibus ultro veniam hostibus, sed postquam deorum arae atque delubra sanguine humano per scelus infecta sunt, hoc etiam amisimus, quippe quis maiora supplicia post mortem carissimorum, quam in amissione subeunda sunt. quae ne accidant, nunc saltem providete. auro atque huismodi aliis praemiis redimenda patria est. multae in hac civitate dites domus, singuli pro facultatibus in medium consulamus, postremo offeratur pro vita hostibus, quod mox interitu nostro ipsorum futurum est. templorum etiam, si necesse erit, ornamentis pro incolumitate patriae utendum est. solus suas opes intus custodiat Priamus, solus divitias potiores civibus suis teneat, his etiam, quae cum Helena rapta sunt, incubet, viderıtque, quem ad finem utendum putet patriae calamitatibus. nos victi iam sumus malis nostris."

2 eam rec. EP eam *om.* V | rogavimus G || **3** omni m.] omnino V | satisfaciamus E || **6** ut *om.* E¹Vτ *inser.* E² || **7** qua G || **8** solus B | incolumis *om.* V || **9** retinuere (*ex* ad *(?)* E²) EPt obtin. *suspic. Mei.* || **13** iam *om.* R || **14** hostibus sed postquam *om.* E¹V *sscr.* E² || **15** haec *ex* hoc E² || **16** quos *sed corr.* B || **17** ipsa *post* in *add.* ε *fort. recte* | amissione : morte *in mg.* E² | subeunda] luenda Eπ || **19** aliis huiusm. G | praemiis *om.* P || **20** facultate V || **21** modum *corr. in* medium B || **21.22** pro vita *om.* E¹V *sscr.* E² || **22** in *ante* int. *add.* R || **26** raptae Gσ erepta Eπ || **27** videreque G videatque β ipse viderit EV videritque *Lö. 51*

3. Haec atque alia cum lacrimis disserente eo cuncti simul gemitum edunt, tendentes ad caelum manus annuere, tot adversis rebus Priamum singuli vel inter se omnes finem miseriarum deprecantes, ad postremum uno ore patriam redimendam clamant. in quis Priamus dilanians caput fletu quam miserabili non solum iam se ait odio dis, verum suis hostem effectum, quippe cui non amicus antea, non propinquus, non denique civis inveniri posset, qui aerumnis suis ingemesceret. namque optasse haec non nunc demum, verum vivis Alexandro atque Hectore agi coepta. sed quoniam praeterita revocare nulli concessum esset, praesentium habendam rationem spemque futuris adhibendam. se namque omnium, quae haberet, ad redemptionem patriae potestatem dare. quam rem Antenori agendam permittere. ceterum se, quoniam odio iam suis esset, abire e conspectu consentientem his, quae inter se decernerent.

4. Tum separato rege placet, uti Antenor ad Graecos redeat exploratum voluntatem certam adiunctusque ei, uti voluerat, Aeneas. ita composita re disceditur. sed media ferme nocte Helena clam ad Antenorem venit suspicans tradi se Menelao et ob id iram derelictae domus metuens. itaque eum orat, uti inter cetera sui quoque apud Graecos commemorationem faceret ac pro se deprecaretur. ceterum, ut cognitum est, post Alexandri interitum invisa ei apud Troiam fuere omnia desi-

1 eo disser. **t** *in ras.* **E**[3] || **2** tendentesque **E** π | abnuere *lbb.* (*praeter* **V**) *def. Timp. 334 sq. interp. post* rebus || **3** adversis *om.* σ | primum **V** || **4** deprecantur **EV** || **6.7** iam se hostibus (*sscr.* **E**[2]) odiosum (sum *inser.* **E**[2]) verum **EP** iam hostibus odiosum ver. **t** iam odiosum v. **T** iam seditiosum v. **V** || **7** ait *om.* β | versum **G** | cui: *cf. 34, 22; 52, 18; 86, 16; 92, 23* || **8** non *ante* prop. *om.* **H** | quivis *ante* civis *add.* **E** π *quod dittographiam esse ait Uss. 20* | inde *post* civis *add.* **V** || **10** optasse: -e *in ras.* **E**[2] optasset **V**τ | haec *om.* **V** | vivis] cuius **R** || **11** coepta *om.* **V** || **12** est γ π *in ras.* **E**[2] esset **E**[1]**F** *quod Mei. coni., sed revoc. F. 73; v. adn. cr.* || **13** rationemque (*om.* spem) γ *v. adn. crit.* | fut.] funeris **B** | adhibendam: -endam *in ras.* **E**[2] || **14** patriae *om.* σ || **15** permitteret *ex* -re **E**[2] || **16** iam *om.* **P** || **20** uti vol. Aen. ita] *in ras.* **E**[2] est Aen. ipse **V** uti vol. En. ipsa **T** uti vol. En. est ipsa qua **t** || **22** id *om.* **E** | iram *om.* **V** || **23** inter] in **G** || **24** commemorationemque *sed corr.* **E** || **26** desideratusque fuit *(add.)* (que fuit *in ras.* **E**[2]) **EPT** | desideratus **T**

deratusque ad suos reditus. at lucis initio, quibus imperatum erat, ad naves veniunt, decretum civium cunctis narrant. itaque, cum quis antea, ad confirmanda, quae tempus monebat, secedunt. ibi cum multa de republica ac summa rerum dissererent, voluntatem quoque Helenae docent veniamque orant et ad postremum confirmant inter se proditionis pactionem. dein ubi tempus visum est, cum Ulixe et Diomede ad Troiam veniunt cohibito Aiace ab Aenea, scilicet ne qua insidiis opprimeretur talis vir, quem solum barbari non secus quam Achillem metuebant. igitur postquam duces Graeci in civitate conspecti sunt, cuncti cives tollunt spe animos existimantes finem belli atque discordiarum. itaque propere senatus habitus, ubi nostris praesentibus decernitur primum omnium Antimachum ex omni Phrygia exulandum, scilicet auctorem tanti mali. dein super condicione pacis tractari coeptum.

5. Inter quae repente strepitus ex Pergamo, ubi regia Priamo erat, clamorque ingens editur. qua re turbati, qui in consilio erant, foras prosiliunt, credentes insidias temptatas solito ab regulis; itaque in templum Minervae propere concedunt. at paulo post ex his, qui ex arce descenderant, cognoscitur Alexandri filios, quos ex Helena susceperat, casu camerae extinctos. hique erant † Bunomus, Corythus atque Idaeus. quare

1 initio] principio R || **2** fuerat RP || **4** admonebat P | secedens G succedunt B | ubi (*sed corr.* E) EV | de rep. *om.* P || **5** disser.] disputarent R | vol. quoque] voluntatemque (*sed* que *eras.* E) EV voluntatem P || **6** dolent B || **8** et] ad H || **9** ab Aen. Ai. σ | scilicet *om.* V | *pro* qua *in mg.* quibus *sed exp. (?)* E || **11** duces] reges V | graeciae Eπ || **12** civitatem EVσ || **13** ita σ || **14** prospere G | a nostris P || **17** communi *ante* cond. *add.* RBP || **18.19** rex priamus E[1]Vτ *corr.* E[2] || **19** editur] oritur R reditur P | animi *post* turbati *add.* RBP || **20** quin *sed corr.* G | forasque R || **21** temptatas *om.* Eπ | solito *om.* B | more fieri *post* regulis *add.* ε *cf. Frie. 77 sq.* || **22** ad E[1] *corr.* E[2] ac π || **23** descenderat G descendent *sed corr.* B || **24** desuper *post* casu *add.* Eπ | ext.] difunctos H || **25** bonon (bon *lit. del.*) E duo P *in mg.* E[1] *(?)* bunonis σ *om.* V bunomus *ctt. lbb.* Βούνιχος, *quod probat Mei. Eph. 373, Tzetzes Hom. 442; Schol. ad Lycophr. 851;* Βούνιμος *Malal. 140; Cedr. 130; Ioh. Sic., ed. Heinrich, Progr. 1. Staatsgymn. Graz 1892, p. 9; cf. De. ad locum; v. adn. cr.* | icorythus (*ex* kor-?) E corybus H

consilio dilato duces nostri ad Antenorem abeunt ibique acceptis epulis pernoctant. praeterea cognoscunt ab Antenore editum quondam oraculum Troianis maximo exitio civitati fore, si Palladium, quod in templo Minervae esset, extra moenia tolleretur. namque id antiquissimum signum caelo lapsum, qua tempestate Ilus templum Minervae extruens prope summum fastigium pervenerat ibique inter opera, cum necdum tegumen superpositium esset, sedem sui occupavisse; idque signum ligno fabrefactum esse. hortantibus dein nostris, uti secum ad ea omnia eniteretur, facturum se, quae cuperent, respondit. atque his praedicit publice se in consilio super qualitate eorum, quae postulaturi essent, exertius disserturum, scilicet ne qua suspicio sui apud barbaros oriretur. ita composito negotio cum luce simul Antenor ac reliqui proceres ad Priamum vadunt, nostri ad naves redeunt.

6. Dein, ubi iusta pueris facta sunt, post diem tertium Idaeus supradictos duces accitum venit. quis praesentibus Panthus ceterique, quorum consilium praevalebat, multa disserere atque docere ea, quae antea gesta essent temere et inconsulta, non per se, quippe qui contempti disiectique ab regulis arbitrio alieno agerent. ceterum quod arma adversus Graecos tulissent, non sponte factum, namque qui sub imperio alieno agerent,

1 ad *om.* V | adeunt V | ibique] hique G || **2** agnoscunt P || **3** quoddam V || **4** civitatis P || **5** tolleretur] auferretur Eπ || **6** delapsum P *ex* lapsum E² sullapsum *permultae edd.* || **7** s. fastigii V *ex* -ium E² *ex* -io G² summo fastigio B *cf. Frie. 97* || **8** tegimen βg || **9** suppositum P | sedemque B || **11** eniteretur *in ras.* E eniterentur V emitteretur B || **12** respondet EV || **13** aequalitatem E qualitatem π *cf. Lö. 50* | horum β | postulari B || **14** exercitus E¹VR *corr.* E² exercitius σ exerterius B contra P *cf. 109, 11* || **15** oriretur : ori *in ras.* E² operetur VT || **17** vero *ante* ad *add.* V | navis E || **18** alexandri *post* pueris *add.* P *sscr.* E² | diem tertium *om.* EV || **20** lampus *lbb.* Panthus, *quod iam aliis vir. doct. in suspicionem venerat, corr. De.; cf. 107, 23* | ceteri quoque B || **21** diss.] dixere P | ante EV || **22** inconsulte RP || **23** despectique Eπβ deiectique *fort. scribendum esse Lö. 68 sq., sed cf. Ihm L. 16* | a *(sed corr.* E²*)* εRB

expectandum his atque exsequendum esse nutum eius, qui teneat. ob quae dignum esse Graecos data venia consulere eis, qui semper auctores pacis fuerint. ceterum a Troianis ob male consulta satis poenarum exactum. dein multo hinc atque inde habito sermone ad postremum de modo praemiorum agi coeptum. tum Diomedes quinque milia talentorum auri ac totidem argenti optat, praeterea tritici centena milia; eaque per annos decem. tum silentio habito a cunctis Antenor non Graecorum more agere eos adversum se ait, sed barbaro, namque quod impossibilia postularent, palam fieri praetextu pacis bellum eos instruere. ceterum auri tantum atque argenti ne tum quidem, priusquam in auxilia conducta dilaceraretur, civitati fuisse. quod si permanere in eadem avaritia vellent, superesse Troianis, uti clausis portis incensisque intus deorum aedificiis ad postremum idem sibi cum patria exitium peterent. contra Diomedes: „non civitatem vestram consideratum Argis venimus, verum adversum vos dimicaturi, quocirca, sive etiam nunc bellare in animo est, parati Graeci, sive, ut ais, igni dabitis Ilium, non prohibebimus, quippe Graecis affectis iniuria ulcisci hostes suos finis est.“ tum Panthus in proximum diem veniam deliberandi orat. ita nostri ad Antenorem abeunt atque inde in aedem Minervae.

7. Interim cognoscitur in apparatu rerum divinarum portentum ingens, namque aris composita sacrorum

1 obsequ. V | esse *om.* V | nutum] nutui V nuntius R nuntium P | eius *om.* R || **3** qui] quae σ | auctores *om.* σ | fuerant EV *cf. Frie. 20, 4* || **8** talentorum *post* milia *add.* E¹V *exp.* E^rec | aeque GσR aequae B eaquae E¹ *corr.* E² || **9** a *om.* E¹V *sscr.* E² || **11** barbarorum P | quo γ cum ε quod *plur. edd. cf. 109, 12; Frie. 87* || **12** facere (-a- E²; fieri *sscr.* E²) EVτ | pratextu (textu *m²*) E praetexto T praecepto V || **13** cum *post* quidem *add.* V *sscr.* E² || **14** auxilio *sed corr.* G | defuisse σB || **15.16** troiani sicuti G troianis sicuti βP || **17** idem] eundem V | sibi *om.* EV *sscr.* E² | exitum π || **19** Argis] tantum maris (Argis *sscr.* E²; maris *exp.* E^rec) EV || **20** vobis *post* bellare *sscr.* E² || **21** sunt *post* parati *sscr.* E² *post* Graeci *add.* P | debitis V || **22** prohibemus P | quoque modo *post* iniuria *add.* ε *fort. recte, sed cf. Frie. 42* || **24** liberandi σ

consueta mox subiectus ignis non comprehendere neque consumere, uti antea, sed aspernari. qua re turbati populares, simul uti fidem nuntii noscerent, ad aram Apollinis confluunt. atque ibi superpositis extorum partibus ubi flamma admota est, repente cuncta, quae inerant, disturbata ad terram decidunt. quo spectaculo perculsis atque attonitis omnibus subito avis aquila stridore magno immittit sese atque extorum partem eripit moxque supervolans ad naves Graecorum pergit, ibique raptum omittit. id vero barbari non iam leve aut in obscuro, sed palam perniciosum credere. interim Diomedes cum Ulixe dissimulantes, quae gerebantur, obambulare in foro circumspicientes laudantesque praeclara operum civitatis eius. at apud naves auspicio tali monitis omnium animis Calchas, uti bonum animum gererent, hortatur, brevi quippe dominos fore eorum, quae apud Troiam essent.

8. Ceterum Hecuba re cognita placatum deos egreditur ac praecipue Minervam atque Apollinem, quis cum dona multa, tum victimas opimas admovet. sed in adolendo, quae sacra aris reddebantur, eodem modo restingui ignes ac repente interire visi. inter quae tam sollicita Cassandra deo plena victimas ad Hectoris tumulum transferri imperat, deos quippe aspernari iam sacrificia indignatos ob commissum paulo ante scelus in Apollinem. ita tauris, qui immolati erant, ad rogum Hectoris, sicuti imperabatur, adportatis moxque igni subiecto consumuntur cuncta. inde, ubi iam vesperarat, domum discessum. atque eadem nocte Antenor clam in

2 consulere R || **4** expositis B || **7** percussus B || **9** navis E || **10** tam *lbb.* iam *edd.* || **12** dissimulanter G dissimulante F || **15** motis ε *praeter* P attonitis *Ro. 750; Cl. 20* || **17** essent] forent V || **20** multa *in ras.* E² | tum *om.* V | opimas] optonas R | admonet B || **21** quae] qua B | sacra aris] sacrariis EV || **22** interim E¹V *corr.* E² || **23** ad *om.* β || **24** tumulum *in ras.* E^rec *(?)* tumulo R | inferri P inferrique *post* transf. *add.* EV || **25** ob *in ras.* E² hoc V || **27** hectoris *om.* E¹V *sscr.* E² | imperatum est Eπ || **28** consumantur V | cuncta] omnia σ | vesper erat Rπ vespera (a *exp. et eras.*) erat E || **29** disc. est π

templum Minervae venit. ibi multis precibus vi mixtis Theano, quae ei templo sacerdos erat, persuasit, ut Palladium sibi traderet, habituram namque magna eius rei praemia. ita perfecto negotio ad nostros venit hisque promissum offert, verum id Graeci obvolutum bene, quo ne intellegi a quoquam posset, vehiculo ad tentoria Ulixi per necessarios fidosque suos remittunt. at lucis principio postquam senatus coactus et nostri ingressi sunt, Antenor veluti iracundiam Graecorum metuens veniam eorum orare, quae adversum eos pro patria exertius disseruisset. dein Ulixes: non se his moveri neque indignari, sed quod finis in tractando non adhiberetur, maxime cum opportunum ad navigandum tempus brevi praetervolet. tum multo invicem habito sermone ad postremum binis milibus talentorum auri atque argenti rem decidunt. quod uti ad suos referrent, Graeci ad naves abeunt. ibi conductis ducibus cuncta dicta gestaque exponunt. Palladium ablatum per Antenorem docent. dein ex omnium sententia reliquus miles rem cognoscit.

9. Ob quae placet universis mitti Minervae donum quam honoratissimum. tum accitus ad eam rem Helenus cuncta, quae clam se gesta erant, ac si praesens adfuisset, ordine exponit additque finem iam advenisse Troianarum rerum, quippe quo maxime sustentaretur summa civitatis eius, Palladium fuisse; quo ablato exitium ingruere. ceterum donum Minervae fatale

1 ubi E π *cf. 119, 22; 123, 16; 125, 4* | vi mixt.] immixtis **V** || **2** theanae **P** | templi **V** | persuasit *in ras.* **E**[2] impulit **V** τ | uti **E** || **3** eius *in ras.* **E**[2] || **4** rei *om.* **R** || **5** verum *om.* **EV** | velo *ante* obvol. *add.* **E** π || **6** quo ne] ne quid **V** | quidem *post* intell. *add.* **E**[2] | a *om.* γ | cuiquam (*vel* quoiquam) *De., Or.* || **7** tentorium **B** | ulixis (*ex* -xi **E**[2]) **EV** auxiliis **B** || **9** sunt *om.* **V** || **10** or. eor. **E** π || **11** exercitius σ *cf. 106, 14* exercitus **V** *om. sed lac.* **P** || **12** moneri **V** | ind. sed *om.* **V** | quo γ **E**[1] *corr.* **E**[2] cum τ *cf. 107, 11; Frie. 87* || **13.14** ad nav. tempus *om.* **V** || **14** pervolet γ | Tunc **H** || **15** in consilio *post* serm. *add.* **P** || **16** decidere **B** || **17** referret **B** referant **R** | redeunt **V** | ibique **P** || **18** dicta *om.* γ *v. adn. cr. ad 104, 13* || **22** magnificum et *ante* honor. *add.* **P** || **23** clam se] antea **B** ante **R** *om.* σ | se g. erant] gesserant **P** | ac si praes.] non secus quam si **E** || **24** fuisset σ || **25** substentarentur **P** || **26** summam **G**

Troianis esse, equum ligno fabrefactum forma ingenti, cuius magnitudine muri solvendi essent, adnitente atque administro Antenore. dein recordatus parentem Priamum residuosque fratres fletum edit miserabilem, consternatus per dolorem atque obstupefactus ruit. tum Pyrrhus collectum eum refectumque animi ad se deducit custodesque addit veritus, ne qua per eum hostibus, quae gesta erant, patefierent. quod ubi Helenus persensit, Pyrrhum, uti bonum animum gereret, hortatur, securum sui secretorumque; namque se cum eo etiam post patriae excidium multis tempestatibus in Graecia moraturum. itaque ut Heleno placuerat, multa materies, quae apta huiusmodi fabricae videbatur, per Epium atque Aiacem Oilei advecta.

10. Interim firmatores pactae pacis ad Troiam eunt decem lecti duces, Diomedes, Ulixes, Idomeneus, Aiax Telamonius, Nestor, Meriones, Thoas, Philocteta, Neoptolemus atque Eumelus. quos ubi in foro animadvertere populares, laeti animos tollunt finem iam aerumnarum credentes. itaque singuli pluresve, uti quisque occurrerat, benigne adeunt, salutant gratulantes atque exosculantur. tum Priamus pro Heleno orare Graecos multisque adhibitis precibus commendare carissimum sibi et inter ceteros dilectum magis propter prudentiam. dein ubi tempus visum est, convivium publice coeptum in honore ducum adscitaeque pacis Antenore deserviente Graecis atque omni modo benigne exhibente cuncta. at lucis initio senes omnes in aedem Minervae conveniunt, in quis Antenor refert missos a Graecis super condicionibus praedictae pacis decem legatos viros. quos ubi deduci in senatum placuit et

1 equum *in ras.* E² quum T || **5** consternatusque **EP** || **7** educit **B** || **8** patefacerent **B** || **9** persensit *om.* B¹ *in mg.* B² || **14** advecta *in ras.* E² advectam σ || **15** firmata res γ || **18** Quos *ex* Quod **G** || **20** plures (ve *om.*) γ plures ne **P** *v. adn. cr.* || **21.22** salutantes gratulantesque exosc. **E** salutantes gratulantes atque exosc. **P** || **26** sumptum *ante* coeptum *add. sed exp.* **B** | honorem ε *cf. 102, 23; Lö. 68* | scitaeque E¹τ *corr.* E² || **31** leg.] lectos **E** legatos lectos *sed* legatos *exp.* **P** *cf. Frie. 87 sq.; Br. 7* | deduci : de *in ras.* E²

dextrae invicem datae atque acceptae sunt, statuunt inter se, uti proximo die campi medio atque in ore omnium aras statuant, in quis fidem pacis iurisiurandi religionibus firmarent. quis perfectis Diomedes atque Ulixes iurare occipiunt permansuros se in eo, quod sibi cum Antenore convenisset, testesque in eam rem Iovem summum Terramque matrem, Solem, Lunam atque Oceanum fore. dein excisis in partes duas hostiis, quae ad eam rem admotae erant, ita uti pars ad solem, residuum ad naves expectaret, per medium transeunt. dein Antenor in eadem verba placitum confirmat. ita perfecto negotio ad suos quisque abeunt. ceterum barbari Antenorem summis efferre laudibus, advenientem singuli quasi deum venerari, solum quippe omnium credere auctorem pacis eius adscitaeque cum Graecis amicitiae. ita sopito iam exinde bello passim, uti quisque partium voluerat, nunc Graeci cum Troianis rursusque hi apud naves amice agere. interim ubi foedus intervenerat, cuncti barbarorum socii, qui bello residui erant, gratulantes interventu pacis ad suos discedunt ne opperientes quidem praemia tantorum discriminum atque aerumnarum, scilicet veriti, ne qua pacti fides apud barbaros dissolveretur.

, 11. Interim apud naves, uti Heleno placuerat, equus tabulatis extruitur per Epium fabricatorem eius operis. cui edito in immensum ima, quae sub pedibus erant, rotis interpositis suspenderat, scilicet quo adtractu motus facilius foret. quem offerri donum Minervae maximum omnium ore agitabatur. ceterum apud Troiam auri atque argenti praedictum pondus per An-

1 sunt *om.* P | stat.] decernunt E[1]P legatos statuunt *sscr.* E[2] || **2** in medio P || **3** iusiurandi P || **5** occupiunt R || **7** summum] maximum P | atque *post* Solem *add.* P || **10** //spectaret E spectaret βPτ *cf. 79,28; 101,19; 116,1; Frie. 52* | nostri *post* transeunt *add.* EP || **11** dein *om.* E[1] deinde *sscr.* E[2] || **13** ferre σ | advenientemque E *cf. Lö. 55* || **14** venerare G[1] *corr.* G[2] || **16** sop.] posito H || **17** partium *om. sed lac.* P | rursus P || **21** ne] non P *om.* R | quidem] quod P | meritorum *ante* discr. *add.* RP || **25** epionem E || **26** editio E || **27** quod (*sed corr.* E) Eτ || **28** facilior ε *v. adn. cr.* | quem] unde E || **29** maxime RBP | ore] sermone E || **30** praed.] pactum P

tenorem atque Aeneam summo studio in aedem Minervae portabatur. et Graeci, postquam auxilia sociorum dimissa cognitum est, impensius pacem atque amicitiam agitavere nullo exinde barbarorum interfecto aut vulnerato, quo magis sine ulla discordiarum suspicione apud hostes fuere. dein equum compactum adfabre confixumque ad muros movent praenuntiato Troianis, uti cum religione susciperent, Minervae scilicet sacrum dicatumque. quare magna vis hominum portis egressa summa laetitia sacrificioque donum excipit attrahitque propius moenia. sed postquam magnitudine operis impediri per portas ingressum animadvertere, consilium destruendorum desuper murorum capiunt, neque quisquam secus prae tali studio decernebat. ita inviolatum multis tempestatibus murorum opus Neptunique, ut perhibebatur, atque Apollinis maxima monumenta nullo dilectu civium manibus dissolvuntur. sed postquam maior pars operis eius deiecta est, consulto a Graecis intercessum, confirmantibus non se passuros intra moenia induci equum, priusquam praedictum auri atque argenti pondus susceperint. ita intermisso opere semirutisque moenibus Ulixes cunctos civitatis Troianae artifices ad reficiendas naves conducit. composita dein universa classe, ubi cuncta navigia instructa et praemium persolutum est, iubent nostri peragere incepta. itaque destructa murorum parte cum ioco lasciviaque induxere equum feminis inter se atque viris certatim adtrahere festinantibus.

2 portatur σ || **3** est *om.* R || **3.4** pacem a. am. ag. n. exinde *om.* EF *sscr.* E^{2} || **6** hostis E | compactum *om.* R | comp. adf.] affabrefactum *in ras.* E^{2} | adfabre *om.* Pt || **7** praenuntiatio *in ras.* E^{2} Erat nuntiatum τ *cf. Frie. 35* || **10** sacrificiorum σ || **12** portam EP *cf. Frie. 88* || **14** secum B | violatum B || **15** neptuni P || **17** nullo] multo (multa S) γ | delicto E^{1}F lectu *sscr.* (*i. e.* delectu) E^{2} || **18** devecta B || **19** est *post* interc. *add.* RP || **20** duci P | praed.] pacta P pretium *sscr.* E^{2} || **21** susciperent EPβ *cf. Frie. 59* || **22** custos β || **23** Troianae] eius EP | reficiendum R || **24** navigiis EP || **25** nostris *sed corr.* E || **26** peragerent EP *cf. 56, 25; Lö. 60* | ita G^{1} *corr.* G^{2} || **26.27** tum incolae civesque ind. E^{1} cum ioco lasciviaque *sscr.* E^{2}

12. Interim Graeci, ubi cuncta navibus imposita sunt, incensis omnium tabernaculis ad Sigeum secedunt, ibique noctem opperiuntur. fessis dein multo vino atque somno barbaris, quae utraque per laetitiam securitatemque pacis intervenerant, multo silentio ad civitatem navigant servantes signum, quod igni elato Sinon ad eam rem clam positus sustulerat. moxque omnes postquam intravere moenia divisis inter se civitatis locis, ubi signum datum est, magna vi caedere eos, quos fors obiecerat, atque obtruncare passim per domos atque vias, loca sacra profanaque et, si qui persenserant, priusquam armare se aut aliud pro salute capere quirent, opprimere. prorsus nulla requies stragis atque funerum, cum palam et in ore suorum liberi parentesque magno inspectantium gemitu necarentur moxque ipsi, qui spectaculo carissimorum corporum interfuerant, miserandum in modum interirent. neque segnius per totam urbem incendiis gestum positis prius defensoribus ad domum Aeneae atque Antenoris. interim Priamus re cognita ad aram Iovis anteaedificialis confugit, multique ex eo loco ad reliqua deorum templa, in quis Cassandra in aedem Minervae. sed postquam universos, qui in manus venerant, foede atque inultos obtruncavere, occipiente luce domum, in qua Helena erat, adgrediuntur. ibi Menelaus Deiphobum, quem post Alexandri interitum Helenae matrimonium intercepisse supra docuimus, exsectis primo auribus

1 igitur (interim *in mg.*) **P** || **2** omnibus (omnium *in mg.* m^1) **E** *cf. Frie. 16, 2* | tab. ad Sig. *om.* E^1 *sscr.* E^2 || **3** ibique n. opp. *om.* B^1 *in mg.* B^2 || **4** utra **P** || **6** veniunt vel *ante* navigant *add.* **R** | servantesque σ || **7** tulerat E^1 *corr.* E^2 || **8** intravere// (t *eras. ?*) **G** intraverunt **P** | intra **P** || **9** magna vi] magni **E** || **9.10** signum in caede magna datum est eos **P** || **10** sors **SB** | atque *om.* **P** || **11** prof.] atque profana **P** | persenserat G^1 *corr.* G^2 || **12** armarent se **P** armari E^1 armare se (-e se *sscr.*) E^2 arma (re se *eras.*) E^{rec} | quid *post* aliud *add.* **E** || **13** capere quirent] caperent **EP** | tragis **R** || **14** et] atque **P** || **15** inspectium **P** || **15.16** insp. — qui *om.* γ *v. adn. cr.* || **18** gestiunt **E** *cf. Uss. 19; Fra. 153, 1* || **19** domui **E** || **20** aedificialis *ex* anteaed. E^2 ante aedificiales **GσR** ante aedificiale **B** || **22** in *om.* **G** in quis *om.* β || **24** inult.] multos **BP**

brachiisque ablatis deinde naribus ad postremum truncatum omni ex parte foedatumque summo cruciatu necat. dein Priamum Neoptolemus sine ullo aetatis atque honoris dilectu retinentem utraque manu aram iugulat. ceterum Cassandram Oilei Aiax e sacro Minervae captivam abstrahit.

13. Hoc modo consumptis cum civitate barbaris, deliberatio inita super his, qui ab deorum aris auxilium vitae imploraverant decretumque ab omnibus, uti per vim avulsi necarentur: tantus dolor iniuriae et ob id studium extinguendi Troiani nominis incesserat. ita comprehensi, qui cruciatum praedictae noctis subterfugerant, trepidantes ac vice pecorum interficiuntur. dein more belli per templa ac semiustas domos populatio rerum omnium et per dies plurimos, ne quis hostium evaderet, studium in requirendo. interim ad coacervandum auri atque argenti materiam opportuna loca destinantur et alia ob pretiosam vestem. igitur ubi satias Troiani sanguinis tenuit et urbs incendiis complanata est, initium solvendae per praedam militiae capiunt, primo a feminis captivis puerisque adhuc imbellibus. itaque ex his prima omnium Helena sine sorte Menelao conceditur, dein Polyxena suadente Ulixe per Neoptolemum Achilli inferias missa, Agamemnoni Cassandra datur, postquam forma eius captus, quin palam desiderium fateretur, dissimulare nequiverat, Aethram et Clymenam Demophoon atque Acamas

1 deinde de *(add.)* B || **1.2** postr. omni ex p. foedatum truncatumque RP | somno cruciatum E^1 *ras. corr.* E^3 (*quam correcturam iam* E^2 *superscripserat*) || **3** dein] post quae E || **4** atque hon.] honorisque EP | ad aram σB aram ad eam RP || **7** deliberatione *sed corr.* E || **8** quae *sed corr.* E | ab deorum aris *in ras.* E^2 ab deorum matris τ || **10** -m avulsi neca- *in ras.* E^2 evulsi t || **11** itaque P || **12** cruc.] civitatem B^1 *exp. et* cruciatum *in mg.* B^2 | edicti (*ex* praedicti E) EP | noctis] nostri EP || **13** trepidanter E || **14** more belli *om.* R || **16** in requ.] inquirendi ε inquirendo R || **17** coacervandam γ conservandam *ex* -um E *v. adn. cr.* | auri argentique R | materiem (*sed corr.* E) EP || **17.18** mat. alii ad op. loca d. et alii ob p. B || **18** ad *ante* alia *add.* R | aliam H | ob] ad RP || **19** satis E^1 *corr.* E^2 satiaes G | tenuis P | incendiis *om.* P || **26** eius *post* desid. *add.* RP *in mg.* E^2 || **27** aethrem S | Demophona P | atque] et E

habuere. reliquarum sors agi coepta atque ita Neoptolemo Andromacha adiunctis, postquam id evenerat, filiis eius in honorem tanti ducis, Ulixi Hecuba obvenere. hactenus nobilium feminarum cessere servitia. alii, ut quemque sors contigerat, praedam aut ex captivis, quantum pro merito distribuebatur, habuere.

14. Interim super Palladio ingens certamen inter se ducibus exortum Aiace Telamonis expostulante in munus sibi pro his, quae in singulos universosque virtute atque industria sua contulerat. qua re coacti paene omnes, simul uti ne laederetur animus tanti viri, cuius praeclara facinora vigiliasque pro exercitu in animo retinebant, concedunt Aiaci renitentibus solis omnium Diomede atque Ulixe sua quippe opera insinuantibus id ablatum. contra Aiax adfirmare non labore aut virtute eorum rem gestam, Antenorem namque contemplatione communis amicitiae abstulisse. tum Diomedes honori eius per verecundiam concedens a certamine destitit. igitur Ulixes cum Aiace summa vi contendere inter se atque invicem industriae meritis expostulare adnitentibus Ulixi Menelao atque Agamemnone ob servatam paulo ante opera eius Helenam. namque post captum Ilium Aiax recordatus eorum, quae tantis tempestatibus propter mulierem experti perpessique essent, primus omnium interfici eam iusserat. iamque adprobantibus consilium Aiacis multis bonis Menelaus amorem coniugii etiam tunc retinens singulos ambiundo orandoque ad postremum perfecerat, uti intercessu Ulixis Helena incolumis sibi trade-

1 reliquorum E | ita] a B *om.* E *cf. 13,.15* | neoptolemus *sed corr.* E || **2** adiuncta *ex* -is E | venerat B || **3** filii B | obvenit (*sed* obvenere *in mg.* E[1]) EP || **5** aliis *sed corr.* E | ut *om.* E[1] *sscr.* E[2] | quem E || **6** distruebatur S || **7** palladium E *cf. Lö. 50* || **8** telamonio *ex* -is E *cf. Lö. 54* | in] id E vi id P || **9** virtutem *sed corr.* E || **10** sua *om.* E || **11** animis *sed corr.* G || **13** retinentibus GT contradicentibus Pt *in ras.* E[2] || **14** insinuantium *De.* || **14.15** id abl. contra insin. E || **15** affirmare *om.* E[1] *sscr.* E[2] || **19** a *om.* E | a cert. dest.] contendere abstitit P || **22** ob] propter R propter ob P | reserv. *sed corr.* E | eius] sua P || **24** qua R || **26** omnibus *ante* adpr. *add.* P || **28** singulo R

retur. itaque uti iudicio amborum merita expectantes; quis etiam nunc bellum in manibus atque hostiles multae nationes circumstreperent, nullo dilectu virorum fortium spretisque Aiacis egregiis facinoribus ac frumenti, quod ex Thracia advexerat, per totum exercitum distributione Ulixi Palladium tradunt.

15. Quare cuncti duces, qui memores virtutum Aiacis nihil praeferendum ei censuerant quique secuti gratiam Ulixi impugnaverant talem virum, studio in partes discedunt. interim Aiax indignatus et ob id victus dolore animi palam atque in ore omnium vindictam se sanguine eorum, a quis impugnatus esset, exacturum denuntiat. itaque ex eo Ulixes, Agamemnon ac Menelaus custodiam sui augere et quo tutiores essent. summa ope invigilare. at ubi nox aderat, discedentes uno ore omnes lacerare utrumque regem neque abstinere maledictis, quippe quis magis libido desideriumque in femina quam summa militiae potiora forent. at lucis principio Aiacem in medio exanimem offendunt perquirentesque mortis genus animadvertere ferro interfectum. inde ortus per duces atque exercitum tumultus ingens ac dein seditio brevi adulta, cum ante iam Palamedem virum domi belloque prudentissimum nunc Aiacem, inclitum tot egregiis pugnis, atque utrosque insidiis eorum circumventos ingemescerent. ob quae supradicti reges veriti, ne qua vis ab exercitu pararetur, intus clausi firmatique per necessarios manent. interim Neoptolemus advecta ligni materia Aiacem cremat reliquiasque urnae aureae conditas in Rhoeteo

1 itaque uti] ob quae veluti **E** itaque ob quae **P** | placuit *post* iudicio *add.* **RP** | spectantes **EP**β *cf. 79,28; 101,19; 111,10; Frie. 52* || **2** qui *sed corr.* **E** quod *sscr.* **E**[2] || **4** preciisque γ | tot *ante* egr. *add.* ε *fort. recte cf. 116, 24* || **5** advex. *om.* **B**[1] *in mg.* **B**[2] || **6** ulixis **E** *cf. Frie. 80* || **10** discendunt **E** | ictus **E** victus *ex* auctus *(?)* **G** || **11** vindictam] ultionem **EP** | sese **RBP** || **12** acturum (ac *in ras. m*[2]) **E** || **14** agere β**P** || **15** ope *om.* **B** | invigilare. At (re. At *in ras. m*[2]) **E** invigilant at τ | mox **B** | descedentes **E**[1] *corr.* **E**[2] || **18** milicia **B** || **25** eorundem *Ro. 750 sq.* || **28** ligni materia] mari ligna **E**[1] mari lignea materia (-e- materia *sscr.*) **E**[2] lignea mat. **P** **29**—p. 117,1 reliquiisque . . . conditis . . . sepeliendis **E**[1] *corr.* **E**[2] || **29** cond.] creditas **B**[1] *corr.* **B**[2]

sepeliendas procurat brevique tumulum extructum consecrat in honorem tanti ducis. quae si ante captum Ilium accidere potuissent, profecto magna ex parte promotae res hostium ac dubitatum de summa rerum fuisset. igitur Ulixes veritus vim offensi exercitus clam Ismarum aufugit atque ita Palladium apud Diomedem manet.

16. Ceterum post abscessum Ulixi Hecuba, quo servitium morte solveret, multa ingerere maledicta imprecarique infesta omina in exercitum. qua re motus miles lapidibus obrutam eam necat sepulchrumque apud Abydum statuitur appellatum Cynossema ob linguae protervam impudentemque petulantiam. per idem tempus Cassandra deo repleta multa in Agamemnonem adversa praenuntiat: insidias quippe ei ex occulto caedemque domi per suos compositam; praeterea universo exercitui profectionem ad suos incommodam exitialemque. inter quae Antenor cum suis Graecos orare, omitterent iras atque urgente navigii tempore in commune consulant. praeterea omnes duces ad se epulatum deducit ibique singulos quam maximis donis replet. tunc Graeci Aeneae suadent, secum uti in Graeciam naviget, ibi namque ei simile cum ceteris ducibus ius regnique eandem potestatem fore. Neoptolemus filios Hectoris Heleno concedit, praeterea reliqui duces auri

3 acc. pot.] accidissent **P** || **4** permotae **SP** per mortem **H** | rerum *om.* B^1 *in mg.* B^2 || **5** vim] rem **B** || **6** Ismarum] mari (imarum *in mg.* E^1) **EP** | profugit **ER** obfugit **P** || **7** manent *sed corr.* **G** || **8** mox E^1 post *in mg.* E^2 | abscessu **T** excessum **RP** absentia t | ulixis **EPB** *cf. Frie. 80; Cl. 20 e coni.* || **9.10** imprecari infaustaque **P** || **10** infausta **EF** infesta *om.* G^1 *sscr.* G^2 | omnia **GBE** omnium **R** *om.* **P** | in exercitium **R** exercitui **P** || **11** eam *om.* E^1 *sscr.* E^2 || **12** appellaturque (que E^2) **EP** appellatusque ÷ appellant B^1 *corr.* B^2 || **14** plena G^1, *exp. et* repleta *sscr.* G^2 | multa *om.* **P** || **15** pronuntiat **RP** | occulta **P** | caedereque *sed corr.* **B** || **16** propterea **RB** || **19** urguente **G** | navigandi tempore (andi tempore *in ras.* E^2) **EPt** | communi **S** || **20** consulerent **EP** *cf. Frie. 58* | duces *om.* σ || **22** Tum **EP** | uti secum σ | uti in gr. secum **EP** || **23** similem **E** || **24** regni eandemque **R** regnique eandemque **B** summamque **P** || **25** Helenae **R**

atque argenti quantum singulis visum est. dein consilio habito decernitur, uti per triduum funus Aiacis publice susciperetur. itaque exactis his diebus cuncti reges comam tumulo eius deponunt. atque exin contumeliis Agamemnonem fratremque agere eosque non Atrei sed Plisthenidas et ob id ignobiles appellare. quare coacti, simul uti odium sui apud exercitum per absentiam leniretur, orant, uti sibi abire e conspectu eorum sine noxa concedant. itaque consensu omnium primi navigant deturbati expulsique ab ducibus. ceterum Aiacis filii, Aeantides Glauca genitus atque Eurysaces ex Tecmessa, Teucro traditi.

17. Dein Graeci veriti, ne per moram interventu hiemis, quae ingruebat, ab navigando excluderentur, deductas in mare naves remigibus reliquisque nauticis instrumentis complent. atque ita cum his, quae singuli praeda multorum annorum quaesiverant, discedunt.

Aeneas apud Troiam manet. qui post Graecorum profectionem cunctos ex Dardano atque ex proxima paene insula adit, orat, uti secum Antenorem regno exigerent. quae postquam praeverso de se nuntio Antenori cognita sunt, regrediens ad Troiam imperfecto negotio aditu prohibetur. ita coactus cum omni patrimonio ab Troia navigat devenitque ad mare Hadriaticum multas interim gentes barbaras praevectus. ibi cum his, qui secum navigaverant, civitatem condit appellatam Cor-

1 helenae (-o *sscr.*) *ante* singulis *add.* P || **2** uti] ubi B || **3** susciperetur : tur *inser.* E² | iis *om.* E¹ *sscr.* E² || **4** comam : mam *in ras.* E² | apud tumulum (suum *add.* P) βP || **5** patremque G fratremque : s *pro* m *sscr.* E^rec | non] nec B || **6** atreidas σ atrheidas (d *in ras. m²*) E *cf. Lö. 54* | plistenis das *R* | innobiles *ex* immobiles B || **8** abire e conspectu : abire e con *in ras.* E²; -u *ex* um E² ire in conspectum τ || **9** concedunt *sed corr.* G concederent EPF *cf. Frie. 58* || **11** filii eantides : -ii e- *in ras.* E² filii Acantides τ | gauca *ex* cauca B || **12** eurysacis γ | tecmissa σP || **14** iam *post* quae *add.* EP || **16** singulis σ || **17** multarum *sed corr.* G | discendunt E || **19** dardania EP *cf. Frie. 89* || **20** regnare E¹ *corr.* E² | exagerent G || **23** omni *om.* P || **24** devenit B || **24.25** multis int. gentibus barbaris RP *idem voluit alia m. in* E || **25** praeventus γP paenevicit E paene victus F *iam dudum corr.* | ibique EP || **26** navigarent G¹P *corr.* G² | condit *om.* E¹ *sscr.* E² condidit P | appellatum G¹ *corr.* G²

cyram Melaenam. ceterum apud Troiam postquam fama est Antenorem regno potitum, cuncti, qui bello residui nocturnam civitatis cladem evaserant, ad eum confluunt brevique ingens coalita multitudo. tantus amor erga Antenorem atque opinio sapientiae incesserat. fitque princeps amicitiae eius rex Cebrenorum Oenideus.

